

www.e-rara.ch

Adriani Turnebi adversariorum tomi III ...

Turnèbe, Adrien

Basileae, 1580-1581

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-21>

Adriani Turnebi adversariorum liber decimus octavus

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Qua etiam miscella visus est delectari Varro, vt ex inscriptionibus librorum satis apparet: & ex eo quod subiiciam, ne plura persequar, *Qua re sit vt lingulae obtrectatores tui, iam nunc murmurantes dicant, μωμολογία τις μάλλον ἢ μιμολογία.* Varro nis erat Satyra Flexabulorum nomine, in qua de prouinciis administrandis, & tanquam flectendis regendisque prouincialibus disse rebat (nam flexabulum instrumentum ad flectendum est) multaque in Magistratum, vt reor, auaritiam & sordes disputabat. Erat & Hecatombe, in qua de sacrificiis agebat, sumptuosaque sacra reprehendebat, verumque sacrificium esse purae & integrae mentis preces docebat: ex ea locus elegans effertur, quem ideo adscribam: *Chrysen doulos locat sibi amiculum de lacte & cera Tarentina, quam apes Milestae coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse, & sine neruis, sine*

pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam. Dicit autem amicam velut lacteam & ceream. Ceream porro pro tenera & pulchra dixit, propter cereas imagines, quas in atrijs habebant, aliaque opera quae sequaci & flexibili ceræ natura pulcherrima faciebāt, & mollia erant: vnde & cerea non ab re mollia explicant, qua translatione cerea Telephi brachia lib. 1. ode 13. Flaccus dixit. at cerea lucerna in Martiale est detricta & decolor flauescensque flore coloris exolescere, lib. 1. epig. 60.

Cereæ si pendet lumbis & trita lacerna.

Erat & *ἡσπέρη ἀπὸ ἀγῶν*, in qua de temporibus & negotiis vitæ humanæ tractabat cum hominum semper Satyrice vituperatione. Erat & *ταφὴ Μενίππου*, id est, sepultura Menippi, vbi, vt reor, hominum illudebat stultam & nimiam sepulturæ & funerum curam.

LIBRI DECIMISEPTIMI FINIS.



ADRIANI TURNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSOCTAVVS.

CAPVT I.

Verædus, postumus, lar, Promethea iuga, acornitum, vertagus.

Verædus.



PINIO est verædū equum esse qui vehat Rhedam, quæ quidem à præceptoribus, & eruditissimis hominum nostræ memoriæ scriptis accepta me in longam ætatem comitata est. Nūc verædum equum puto, qui neque Rhedam ne cistum trahat, sed vice tamen Rhedæ sit. Id adeo ex Martiale & Ausonio conicere licet, ne aliis auctoribus testimonium denunciemus. Ille enim lib. 12. epigr. 14. inquit,

*Parcius vtaris monco rapiente verædo
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.*

Non, vt opinor, qui venabatur, rheda vestabatur, sed & equum esse non rhedam, sequens versus indicat,

Decidit excussus nec rediturus equo.

Ausonius autem apertissimè id etiam indicat epist. 20. his verbis,

Non cistum, aut pigrum cautus conscende verædum,

Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi.

Iterum,

Vel celerem manuum, vel ruptum terga verædum. vbi in equis viatoris numeratur verædus. sed & in antiquo lexico exponitur *πυρῆς*: Procopio est equus cursus publici. Isidorus tamen lib. 12. capite 1. verædos esse dictos ait, quod ueherēt rhedas, vel quod per vias publicas currant, per quas & rhedas ire solitum erat. Postumus, qui post fata parentis natus est, dicitur vulgo: & sanè qui post fata parentis nascebatur, hoc nomine erant: vt Curiij filius adoptatus à Rabinio, Rabinus Postumus est vocatus: ac hoc nomen attributum fuisse illis, qui post patris mortem nascerentur ostendit Plautus in Aulularia, Sc. Velim te arbitrari.

Post mediam ætatem, qui mediam ducit vxorem domum:

*Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuitò:
Quid dubitas quin paratum fiet nomen puero
Postumus?*

Postumus tamen censetur etiam qui post factum testamētum natus est, etiam viuo patre familiaris: sed & qui post alios liberos vltimisque gignitur: quomodo libro 6. Æneidos accipiendum cenleo,

Silvius, albanum nomen, tua postuma proles.

sequitur enim explicatio,

Quem tibi longæuo serum Lauinia coniunx,

Educet siluis regem regumq; parentem.

Atque hanc sententiam meam confirmat eruditissimus poeta Aufonius epist. 14. ac postumum explicat supremum,

Vt quondam in Albæ moenibus,

Supremus Aeneasatus.

Lar. Lar, quod nomen sæpenumero legimus, adeò vt in prænomen abierit, videtur ducem significare vel regem. nam Aufonius in Monosyll. Viridomarum Gallorum ducē, quē interfecit Marcellus, cuique opima spolia detraxit, Aremoricum larrem, id est gallicum ducem appellat, ab Aremoricis populis Galliæ, quos multi Aremoricos quàm Aremoricos vocare malunt.

Tertia, inquit, opima dedit spoliatus Aremoricus lar.

Promethea iugis
ga. — an quæ Lecta Prometheis diuidit herba iugis? scribit libro 2. elegia 11. Propertius: quo in loco Promethea iuga vocat Caucasum, vbi nascebatur è cruore Promethei aconitum. et si enim è vomitu Cerberi prope Heracleam plerique natum ferunt, alij tamen è tabe & sanie Promethei, cuius iecur tundeat aquila, exortum fabulantur. herbam igitur lectam in Prometheis iugis cum dicit, veneficia intelligit: Aufonius in Monosyllabis,

Vnde Prometheo de corpore sanguineus ros.

Aspergit cautes, & dura aconita creat eos.

Martialis lib. 14. in Apophor.

Non sibi sed domino venatur vertagus acer,

Intactum leporem qui tibi dente refert.

Vertagus Quis obsecro vos apud Martialem iste vertagus est, & vnde dictus? scimus à nationibus & locis nomina canibus interdum imponi: sed de vertagis populis, aut huius nominis loco silentium est in literis. mihi quidem vertrahus legendum propè videtur, veluti fertrahus, à fera scilicet trahenda ad dominum. scio ego iocularē istam visum iri audaciam, & risus excitaturam: sed eam argumento non leui confirmabo. Gratius poeta vetus vertraham appellare videtur, et si tempus syllabæ mutat,

Et pictam macula vertraham delige falsa.

Vertagum tamen, vel potius vertragum retinuerim, & g in vicem elementih transiisse crediderim, vt in tragula, quam à trahendo nomē habere grammatici affirmant. sed & tragula retis genus ex eo nomē habet, quod trahitur.

CAPVT II.

Solarium, funda, ventrale, adamas supernas, præteritum perfectum penultima breui, laus est publica, intactus grex.

Solarium **S**olarium interdum locus est vbi homines solebant apricari: fiebat autem in ædibus ad excipiendam auram & vaporem solis, vnde & heliocaminus quasi solis vaporarium dicebatur: Plautus in Milite, Sc. Nisi quidem.

Scio neq; solarium, neq; hortum.

alij putant tectum quoddam fuisse planum & subdiuale. Inde ille festius Augusti Imperatoris iocus apud Macrobiū libro 2. Saturnalium, capite 4. quid ergo? vt me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum. Fundam

pro retis genere dici non est ita infrequens: sed eo nomine cruminam vocari, id verò non passim occurrit: Macrobius, cumq; accessisset ad fellam, demissa in fundam pauperem manu paucos denarios protulit, quos principi daret, adiecitq; *ut licet à tlio dū tūxlo elāsti, à πλινθίον, πλινθίον αὐτὸ ἐδίδοται.* Sed vt rete à similitudine fundæ, qua lapides iactantur nomen habet: ita quoque loculi pecuniarum, quod specie formaq; fundam referrent.

In antiquo quoque lexico scribitur, Ventrale *κοιλίον*, funda. Lepida est Augusti in Mœcenatis affectationem illusio, qua Mœcenatis caezeliam imitatur venustissimè, sed non sine obscuritate: Vale, inquit, mel gentium, metuelle, ebur ex Etruria, laser Aretinum, adamas supernas, Tyberinum margaritum, Cilniorum smaragde, iaspis figulorum, berylle Porsennæ. cum delicatum alloquatur, delicias rerum gemmarumque loquitur, & locorum Etruriæ nomina, quod Hetruscus Mœcenas esset, aut virorum qui in ea floruerunt, aut inde oriundi erant commemoratione & appellatione ludos facit. Legendum autem ferè conicerem, Vale mel gentium Meduliæ, nisi Medulia fuisset Albanorum, vt dicit Dionysius. emendo igitur, mel gentium Velutoniæ. Adamas supernas, est adamas Etruriæ: et si non tam supernates Etruriæ sunt quàm infernates. nam qui eam incolunt Apennini plagam, quæ ad inferum mare vergit, quod Tyrrenum dicitur, infernates dicuntur: qui latus quod supero mari responderet, supernates. sed latius patuit Etruria, & supernates ei trans Appenninum adscripti fuerunt, & oppida fortasse quædam Albanorum, vt Medulia. Tyberis in Etruria nascitur. Margaritum igitur Tyberinum: Etruscum Margaritum est. Cilniorum smaragdus dicitur, quod Cilnij gentiles erant Mœcenatis. è Cilniorum enim gente stirps eius erat: Tacitus libro 5. Annalium, Ceterum Augustus bellis ciuilibus Cilnium Mœcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atq; Italiam præposuit. Cillinius tamen, ne quid dissimulem, in Tacito legitur. suspicor etiam ex Etruria oriundos fuisse Figulos, quorum nobilis erat Romæ familia. Steteruntque comæ, cum Maro dixit, systolen esse grammatici dicunt: ego veteres ista præterita sæpe corripuisse reperio. nam & in prologo Eunuchi Terentij in iambici sine scriptum disertè est,

— postquam ædiles emerunt.

quo pleriq; omnes offensi emerant emendant, animi libidinē potius quàm veritatē sequentes. Laberius apud Macrobiū lib. 2. Saturn. capite 7. bis Potuerunt corripuit, voluerunt multi effugere pauci potuerunt. Iterum, etenim ipsi dii negare cui nil potuerunt. Idem Laberius sic apud eundem scriptorem in mimo loquitur, Summum ad gradum cum claritatis veneris, Confistes agrè, & quàm

Steterunt,
media
breui.

buruntur, lactet ficus, litem suam facere, illatebræ, staticuli, ante cœnam, Iouis manes, gallam subigo, nodus Hercules.

Thyon. Citrus. **T**HYON, quod apud Homerum est, citrum interpretatur Macrobius: Citrum autē illam crediderim, cuius in Atlante monte nobiles siluę materiam lautis mensarum orbibus suppeditauere Romanis expetitarum delitiis. Infelices arbores dicit esse Macrobius, quæ sunt in tutela deorum inferorum & auertentium. auertentes autem deos suspicor velut *ἀλιφ. νόμος ἡγή ἀπ' ὀφθαλμοῦ*, qui prodigia portentaque auerruncabant & auerrunci erant, qui & à Persio satyra 5. dij depellentes vocantur. ex arboribus quę sunt eis consecratæ, sunt alaternus sanguine infelix, id est sanguinea & cruenta materia, aquifolium, ruscus, multæ aliæ. his portenta & prodigia mala comburent. Apud Theocritum quoque in Heraclio prodigia & portenta aspalatho, paliuro, rubo comburuntur: at verò purgamenta lustrationis & incantationis post tergum in auersum abiiciebant, & in aquam profluentē mittebant: Maro 8. eclog.

Dij auertentes.

Prodigia comburuntur.

— riuoq; fluenti Transq; caput iacet.

Homerus 1. Iliad.

ἴα' ἀπὸ πύλαι τοῦ ἱεροῦ εἰς τὴν ἀνάστασιν Ἰδῆων.

Lactet ficus. Litem suam facere.

Illatebræ.

Ante cœnam.

Augustata mensa.

Quod in aliis arboribus est flos, id est in ficu lac, id est *ἴα*, unde ficus non florere, sed lactere dicitur, vt Macrobius scribit lib. 3. cap. 20. Litem faciebat suam iudex, non solum qui malè iudicabat, sed etiam qui qua iudicare hora debebat, ad comitium non veniebat: Cintius apud Macrobius, inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant. Illatebras Plaurus apud Macrobius à non latendo dixit, Cuius, inquit, ego latus illatebras reddam meis dentibus & manibus, id est, efficiam dentibus & manibus meis, ne in eius latere quicquam celari possit, ita discerpando aperiam. Staticulos dare in Catonis oratione apud Macrobius, choream est quandā & salutationem dare non motoriam, sed statariam, qualis erat & in choris *ἑστίωνος*. Descēdit, inquit, de canterio: inde staticularios dare, ridicularia fundere. Cœnæ quædam pars olim ante cœnam vocabatur: ea erat tanquam primi cœnæ missus, primusque gustus, & tanquam prima mensa: altera, cœna, quæ erat secunda mensa, in secundis ferculis posita, non tamen in bellariis: Macrobius, Ex indice Metelli Pontificis cœna hæc fuit: ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellent. mox sequitur, in cœna sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium. Augustata mensa apud Macrobius est ea quæ augusta facta est, id est, quæ consecrata est: in templo, inquit, Iunonis Populoniæ augustata mensa est. Vicarij etiam interdum sunt, qui in vicem aliorum exitio pestique deuouentur, vt in eorum caput expetant ea mala, quę aliis erant euentura, vt in carmine deuotionis, Eosq; ego vicarios pro me fide magistratūq; meo & pro populo Romano exercitibus legionibusq; nostris do, deuoueo. Qui Dis pater appellatur & Summanus, id est ma-

nium summus, & Pluto & Orcus, idem etiam Iouis manes vocabatur, vt in eodem carmine deuotionis, Dis pater, sive Iouis manes, sive quo alio nomine fas est nominare. Gallam subigo, in mordaci ioco aduersus Plancum, quod sutor respondit, valet, gallam tero: eam enim sutores tritam atramento sutorio conficiendo aliis rebus miscent, subest etiam alia turpis significatio ex suspitione & fama, quæ de amoribus Planci & Gallæ manarat. nam Plancus in ea muliere malè audiebat. Nodus Herculanus & artificisimulus erat, & ita nexus vix vt dissolui posset: unde & in prouerbiū abiit. Noua etiam nupta præcingebatur cingulo laneo nodo Herculis victo. Is qualis nodus fuerit, qui scire cupit, videat caduceum, in quo angues implexi inter se nodo Herculis deuincti sunt: Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 19. hi dracones parte mediæ voluminis sui inuicem in nodum quę vocant Herculis obligantur.

Iouis manes.

Gallam subigo.

Nodus Herculis.

CAPVT V.

Astici ludi, Attici, decimæ, elogium: apud Tranquillum in Caligula.

Astici ludi in Caligula capite non sunt grammaticorum consessui voluptati & oblectationi, vt spectacula principum, sed molestiæ & sollicitudini. nam qui sint quærunt: ac plerique Astiacos legunt, & ludos ab Augusto intelligunt institutos in honorem Astiacæ victoriæ, sed sine librorū ad stipulatione, in quibus peruetustis partim Attici, partim Astici exaratum reperio. Asticos autem ludos interpretor vrbanos, quod sint etiam ludi rustici: vel potius Atheniensium ludos, quorum vrbs astu dicebatur. Producitur ab Athenæo lib. 8. in dipnosophistis Charicles *πρόσι ἀστικῶ ἀγῶν*, quod si quis ludos atticos malit, è consuetudine Atheniensium explicabit, qui liberalibus, Ienæis, chytis, & panathenæis, id est quinquatribus ludos scenicos dabant. Astiacos tamen ludos ab omnib. interpretibus probatos vix ausim improbare, malimq; legere, cum præsertim in Italia etiã celebrarentur: Auson. edyl. 9.

Astici ludi.

Attici ludi.

Tales Cumano despectat in æquore ludos Liber, sulphurei cum per iuga constita Gauri, Perq; vaporiferi graditur vineta Vesui: Cum Venus Astiacis Augusti leta trophæis, Ludere lasciuos fera prælia iussit amores: Qualia Niliacæ classes, Latieq; triremes, Subter Apollineæ gesserunt Leucados arces.

Scribit idem Tranquillus in Caligula, cap. 16. scenicis ludis, inter plebem & equitem causam discordiarum serens, decimas maturius dabat, vt equestria ab infimo quoq; occuparentur. hic ego crediderim decimas esse missilia & tesseras quas spargebat ludis scenicis: atq; ita velut quandam decimam populo Rom. dabat, vt qui decimam bonorum suorum Herculi pollucebant & profanabant: aut qui decimam aliis consecrabat diis. nam quin ab huiusmodi quadam notione deuenterit significatio in alium deflecta sensum, haud

Decimæ.

haud equidem dubitem. Decimæ quoque ab aliquibus vxoribus dabantur. hinc illa Trachalli inuidiosa exclamatio, *placet hoc ergo? & leges diligentissimæ pudoris custodes decimas vxoribus dari, quartas meretricibus iubent?* Capite 32. *Succinctus*, inquit, *poparum habitu*. *popæ*, qui victimas immolabant, alio corpore nudo, ab umbilico ad pedes inuoluti erant veste, quæ limus dicebatur: qui proinde hic *succincti* dicuntur, & à Propertio lib. 4. eleg. 3.

Succinctiq; calet ad noua sacra popæ.

Seruius in 12. *Æneid.* *limus*, inquit, *est vestis qua ab umbilico vsq; ad pedes teguntur pudenda poparum*. *Nullius*, inquit Suetonius capite 27. *inspecto elogio*: multis nomē hoc suspecti sermonis est, immò verò peregrinitatis damnatū vrbe Quiritum expellitur, quorum ego iudicio non accedo. in causa est, quod extrita vna litera *c*, pro eclogio elogium dici animaduerti. Eclogium autem ab ecloge deducitur, hodieque *εκλογιον* apud Suidam reperitur. atque hæc sententia haud paulò plus ponderis habet, ratione præfertim nixa, quàm illorum condemnatorum tabella, qui ob ignorationem originis, voces exterminare malunt, quàm Latinam agnoscere: alij quasi ellogium interpretantur, & vnam deperitisse literam censent, & elogium deriuant ab *ελλογον*, quod titulus & restatio sit, oratione cuiusque vel vitia vel virtutes, vel rectè facta vel flagitia & scelera commemorans. hæc cum probabilia sint, temerè me iudice faciat, qui tantum sibi iuris sumat, vt è tam multis libris vocem tam diu receptam, velut quodam prætoris interdicto eiiciat, nisi meliorem reponat.

CAPVT VI.

Percussit thyrso apud Lucretium, canunt siluæ auibus, alienigena, mica auri, altè terminus hæret: apud Lucretium lib. 1.

SPEM laudis ambitiosam, qua incensus erat, eleganter ita me deus amet & scitè expressit Lucretius lib. 1. hoc versu,

Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

quem sensum à Bacchi thyrsis traduxit, quorum tactu fanatici & perciti furore reddi homines censebantur, auctore Ouidio scribente in epist. Laodam. ad Protefilaum,

Vt quas Pampinea tetigisse bicorniger hasta

Creditur, huc illuc qua furor egit, eo.

quod Ouidij distichon, literati aut critici vice interpretatione nobis præstat. Eodem in Lucretij libro animaduerti iucunda nouitate continenti attributum esse, quod, vt grammatici loquuntur, contenti proprium est: canunt aues in siluis, aut siluas auibus canere aucupio nouitatis nos delectat. sic igitur scribit,

Frondiserasq; nouis auibus canere vndiq; siluas.

eiusdem etiam notæ illud in eodem libro est, *Atq; ideo totum circum tremere æthera signis.* signa enim potius in cælo tremunt. Solebant

in portis vrbium veteres aliqua deorum statuere simulachra, quæ qui vrbes inibant, aut inde exhibât, ritu quodam religionis tacta dextra manu salutare solebant, manumq; ad osculum, vt suspicor, referebant: quod indicat eodem libro Lucretius, his numeris,

— tum portas propter abena

Signa manus dextras ostendunt attenuari,

Sæpe salutantum tactu præterq; meanium.

10 Quod quidem breui admonitione duxi notandum. nam exempla quærenti ab probationem suppetent ex auctoribus nò pauca. nunc enim quandam velut obliuionem auctorum nostræ sententiæ fauentium non profere mus, his contenti, quæ probabili coniectura vestigauimus. Etiam non est omittendum alienigena ab eo dici, quæ Græci *ἀλιγενή* vocât, eamque vocem ab eo bellè concinneque Latine explicatam esse: sic autem ibidem scribit,

Ex alienigenis rebus constare putetur,

Osibus & neruis, sanieq; & sanguine misto.

Idem quæ Græci *μικρά* auri, id est minutam auri scobem vocât, micas auri appellauit non inuauiter, hoc versu,

Ex auriq; putat micis consistere posse.

Idem quodam antiquitatis sapore condians suos versus, nò illibenter videlicet pro videre licet aut scire licet vsurpat, quod à Plauto etiã factum annotasse me recordor: sed nihil vetat bis easdem epulas apponere: sic autem scribit,

Esse videlicet in terris primordia rerum:

quod est, videre licet in terris esse rerum primordia: vt & lib. 2. scilicet pro scire licet,

Scilicet esse globosa tamen, cum squallida constant.

Eiusdem illud lib. 1. 2. & 6. atq; aliè terminus hæret, quod de cuiusque duratione & statu ac permansione dicitur, esse traductū auguror à terminis, qui interdum altè defossi depactique sunt: quod cæsum video placuisse Maroni, & suę interuisse poesi à Lucretio sumptum, libro 4. *Æneidos*, hic terminus hæret. Hæc utcunque carpta è iucundo poemate Lucretij huic illeuimus chartæ.

CAPVT VI.

Salustius emendatus, deum virtute, obtentui esse.

50 **I**nterfecto insidiis Iugurthæ Hyemsale, & Adherbale prælio superato, ita de Iugurtha Salustius scribit, *tum Iugurtha paratis consilijs postquam omnis Numidiæ potiebatur, inito facinus suum cum animo reputans timere populum Romanum.* Hic ego verbum *paratis* subdititium esse, neque quod Salustius sentit, eloqui arbitror, & subrogatum imperitia in locum vicini vocabuli *paratus*. consilia enim iam patrarat, non parabat Iugurtha. quàm autem facilis & procliuis sit error in prætermissione vnius elemēti, quis non videt? sed tamen ne quis hoc inuentū esse meū putet, ita velim omnes existiment, vt maior fiducia verbi sit, me id reperisse in vetericu

Succinctus.

Elogium.

Alienigena.

Mica auri.

Videlicet.

Altè terminus hæret.

Percussit thyrso.

Canūt siluæ auibus.

Salustius emendatus.

lato & annoſo libro, quo fretus & veritate inductus, facile editiones hic negligo. Sed hic vna peccatum litera eſt, quæ ſenſum peruerterat: at verò non longè eodem libro interpunctionibus malè & temerè poſitis ſententia labefactata eſt. Locus autem ſic habet, ſi huic imperio fortuna mutaretur, vnà occidendum eſſe. Virtute ac dijs volentibus magni & opulenti eſtis. ſolebant enim res proſperas diis & virtuti acceptas referentes ita loqui, ne ſibi eas attribuere viderentur & in deos ingrati eſſe, neu eorum inuidiam in ſe commouerent: eſti nonnunquam etiam hominum virtutè tacitam non prætermittebant: Plautus in Trinum. Sc. Quo illhic homo.

Deum virtute.

Aedepol deum virtute dicam pater & maiorum, et tua, Multa bona bene parta habemus.

Idem in Milite, Sc. Cohibete.

Deum virtute tranſeuntem hoſpicio accipi apud me eſt comitas. Iterum,

Nam mihi deum virtute dicam, propter diuitias meas Licuit uxorem dotatam genere ſummo ducere.

Obtentui eſſe.

Quinetiam eodem libro oſtentatui inoleuit, pro inſitui, cum obtentui ſcribendum ſit pro ſatiuo. ſed locum proponam, ſed quoniam eo natus ſum, vt iugurthæ ſclerum obtentui eſſem. Simile eſt illud ex oratione Lepidi, quia ſecundæ res mirè ſunt vitij obtentui: quod è Thucydide tralaticium eſt, vt ait Seneca 9. declam. lib. cum præcipua ſit in Thucydide breuitatis virtus, ac eum à Saluſtio victum eſſe & in ſuis caſtris caſum dicit. Mutari etiã duobus locis degeneraſſe animaduerti: vno in mutuari, altero in multari. ſcio equidem iſta non magnam mereri laudem: & cum purgantur optimi ſcriptores, ea opera muneris eſt laborioſioris quàm honeſtioris. Verum tamen locos ſubſcribamus. Quia, inquit, neq; materia in agris, neq; ab Hiſpanis emendi, aut mutuandi copia erat. ego exemplaria ſecutus perantiqua mutandi lego, & ad permutationem rerum antiquis ſolitam vel emptionem refero. nam mutuatio hic non perinde conuenit. Alter eſt locus, tamen quia mortis metu multabantur, ſicut regi libuerat pax conuenit. ſine controuerſia hic omnino quadrat mutabantur: nam metus mortis eorum animos mutabat, & ita in antiquis reperitur libris: quia tamen multari hic conuenire non ineptè poteſt, locus illis duobus verbis controuerſus relinquitur. inclinatur tamen magis animus in alterum, & libentius ſecundum mutabantur litem dederim. Vnum æquè iuris dubij apponam, Et vobis æterna ſollicitudo remanebit, cum intelligetis aut ſeruiendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam. in libris antiquæ fidei reperi, & vobis alterna ſollicitudo, ſanè perquam bono ſenſu. alterna enim ſollicitudo eſt, aut ſeruiendum aut manu libertatem aſſerendam: ſed hic etiã locus à me vt iuris cõtrouerſi poſitus eſto.

CAPVT VIII.

Silena, acuta Satyrorum aures, Aegipanes.

M IHI Luciani feſtiuiſſimi & politiſſimi ſcriptoris libellum legenti animi cauſa,

qui inſcribitur Deorum concio, quædam occurrerunt, quæ ad explicandos & illuſtrandos auctorum nobilium locos apprimè conducere videbantur. ea ego commendavi huic charthæ. Scribit enim de Sileno, *ἰδίη φαλακρὸς γόφου, σιμὸς τὸν πῖνα, ἰδίη δὲ τὰ πολλὰ ἀγέμερος*: quo illud Lucretianum lib. 4. aperitur, Simula, ſilena eſt. Nam cum Silenus compreſſæ naris & ſimæ ſit, ex eius vitio excogitata eſt ſpecioſa in amica excuſatio deformitatis, quæ eadem in deo ſit, vt propè venuſtum videri debeat & decorum quod in diis reperiatur, qui omnis labis & turpitudinis expertes habentur. Scribit mox idem, *εἰδὲ σάτυροι, ἰδέεσσι τὰ ὄντα, ἢ ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ*. hoc ſimul atque legi illicò percufſit animum, illud eſſe quod ab Horatio lib. 2. ode 19. cantatur,

Silena.

— & aures Capripedum Satyrorum acutas.

Acute Satyrorum aures.

non enim, vt opinor, acutas dicit, acutè & attentè audientes, & Bacchi canticis operã dantes, & arrectas, ſed in acumen faſtigatas atque collectas. Horatius autem Satyris, vt & multi alij, caprarum tribuit pedes, quos eſſe Panis potius Lucianus dicit. ſic em̄ de Pane ſcribit, *ἄρ ὁ μὲν ἑρπυλάει ἴχθυ, καὶ δὲ οὐδὲν ἢ ἡμισείας δὲ τοῦ ἰώου αἰγίνοϊ*. Ita, vt cenſet Lucianus, dimidia ſui parte caper eſt Pan: vnde & promptum eſt intelligere qui apud Melam lib. 1. ſint Aegipanes, ita ſcribentem, Aegipanum quæ celebratur forma eſt. Homines autem ferebantur eſſe monſtroſi & biformes, mixti ex homine & capro. qui autem Panes à Græcis vocantur, eos Latini videntur addita aſpiratione faunos vocare: eſti non me fallit, Latinorum vel Aboriginũ potius quendam regem Faunum fuiſſe. Scribit Lucianus, *καὶ ἡ δὲ πᾶς λίδος, καὶ πᾶς βαμῆος χρυσομαδῆ, δὲ αὐτὸν ἰκάλει πῆλαιος καὶ ἰκάλει ἰχθυ*, quo quidem ex loco intelligimus eam fuiſſe veterum ſuperſtitionem, vt ſimulachra religioſè pieq; oleo perfunderent, huncq; cultum ſuperis gratiſſimum & acceptiſſimum putarēt. quæ cum ita ſint, quis non videt meridiana luce iam clariùs eſſe, quod à Lucretio nõ admodũ religioſo ſcriptore, niſi me hic tenuiſſem impiũ appellaflem, li. 5. canitur, *velatum Vertier ad lapidem*. Eodem illud Philoſtrati iam à me prolatum pertinet, *καὶ νῦν δὲ ἴα οἱ ἀνείποντες τὴν καὶ οἱ τῶν φραγῖς μὲνοι τὰς ἀνὰ τὰς, ἢ ἠλλοτῆρας τῶν ἰδῶν*. Vt igitur qui in ſaltu aut ſilua feras captat, ſi non inuita Diana opus mouent, & nemora ſolicitant, ferinæ aliquid domum reportant: ſic nos, ſi cuipiam idem videri poteſt, ea fortafſe non inuita nec aduerſa, ex amœniſſimo viuario Luciani, illa quæ præſcripſimus, venati ſumus.

Aegipanes.

CAPVT IX.

Quædam in x. epistoſarum ad Atticum animaduerſa, Summarius, ſuus leſtulus.

60 M IHI librum x. epistoſ. ad Atticum peruoluntanti, loci quidam occurrerũt, properantem morantes, manumq; iniicientes diutius vt hærerem, neque qua vellem celeritate

tate chartas versarem. quos igitur velut obices offendi, hic ego eos aliis remouere conabor ne ad eos pedem fortè offendant. Cum igitur epist. 1. ait, nisi fortè iste summarius ei potest persuadere: significari puto hominem seditiosum, & belli ciuili cupidum, atq; adèd paruum quemdam Marium. hominem quæstuosum & auarum sordidumq; non desunt qui interpretentur à summis pecuniarum: sed & nummarium etiam qui legat reperias. nos ita quid sentiremus exposuimus, vt de istis sententiis nihil detractum malignè vellemus. At verò quod in eadem epistola scriptum est, *καὶ φάνηται ἰσχυρὰ*, in vitio est, quod emaculabitur si *καὶ φάνη* scribatur, quæ exclamatio Græca est loci sententiæ peraccommodata. nam in epistola læpius Atticus laudans Trebatium de Repub. rectè sentientem, factumque Cæsaris damnantem, & partes optimatum probantem, & à Cæsare deficere parantem, *καὶ φάνη* exclamationem posuerat. Illud alterum multò vitiosius est in duabus epistolis ita literatum, vt legi non possit, epist. 2. *ΜΜΤΕΑΣΑ* iam adest. in epistola penultima lib. 9. *nec expecto quidem ΑΔΔΤΕΑΣΑΝ* illam tuam: vel vt alij edunt, *ἀλλὰ τίλλασα*. Ego verò diu multumque scrutatus quod verbum & ad sententiam aptissimum. & ad scripturæ vestigia propinquissimum esset, *ἀπὸ τῆς ἄλλασα* scribendum esse auguratus sum, vt sit *ἀπὸ τῆς ἄλλασα ὁρᾶν* vel *ὄρα*, id est idoneum tempus nauigationi. nam post Idus Martias natalis erat nauigationis, qui spectaculo quodam celebrabatur. at verò certior meliorq; tempestas est à nonis Aprilibus: aut exortum Vergiliarum aut succularum, id est *ἀπὸ τῆς ἄλλασα* aut *ὄρα* iam adesse dicit, cum non ita longè ablit, vt iam iamque nauigandum sit. denique significat fidus aliquod, quod expectandū esse monuerat Atticus, neq; antè ex Italia soluendum. Sunt & qui *ἀλλὰ τῆσασα* legunt, vt sit temporis mutatio & anni. Quinetiam 6. epistolæ scripturam sic constituendam suspicor è veteri libro, *Quod malum scilicet tantū? demq; quid turpius? Anni valde hic in absentes solus tuli scelus, eiusdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non ferant?* Ego, inquit, tuli vnus anni scelus in absentes Pompeianos, qui ab Italia absunt: cū eis coniunctus non potero eiusdem Cæsaris scelus ferte in Græciam cū venero? quod autem dicit, *ne condamus quidem*, ad absoluendam sententiam rationem repeti desiderat. sed, inquit, ne numerum subducamus, nec rationem condamus: aliter scriptum reperi, *ne condimus quidem*, vt possimus. Illud porrò eadem epistola, nisi fortè me Sardanapali vicem in suo lectulo mori malle censueris: in suo, est, in proprio: qua in notione persæpe ponitur. Epistola 9. *Et adijcit à Postumia & Seruii filij*, subuitiosum est, filioque emendandum, vt in proxima epistola, *Rogor enim ab eius vxore & filio*. Sunt & eadem epistola illa Græca eluxatis locoque emotis elementis non sana, *ἢ ὅτι ἀνιμωδον*: ego ἢ ὅτι ἀνιμωδον literis transpositis lego. laudat enim indolem & ingenium pueri, mores improbat, quos tamen dicit formari

posse, si modò doctrina virtus comparari potest. Illud autem epist. 14. *habes Scythia ὄρου*, pro uerbiū est, quo significat, Atticum simulare proficisci ab Italia velle, sed retineri & fingere, & prohiberi à Curio. *συνδύς ὄρου ὄρου*, pro uerbiū est à Suida relatum de Scythia, coram aliis auersari se simulante cadauer asini, quibus digressis vesci eo cœpit. Idem initio Iliados ab Eustathio de Scythia equum mortuum coram aliis inspiciente & abominante narratur. Appellat & in epistolis ad Atticum Philotimum, cuius ipsi suspecta erat in versandis nummis & tractandis rationibus fides, *φυρᾶτιω* elegantissimè, vt rationum conturbatorem. sic in antiquo lexico legi appellari decoctorem & interuersorem, vt interuersionem *φύραμα*.

CAPVT X.

Quædam in decimo libro ad Atticum obseruata, fretense mare, fretenses, Vtriculus, & quinoctium.

NOVI semper aliquid occurrit dum veteres libros relegimus, & semper offert se aliqua occasio de antiquitate bene merendi, & exulantes voces in suū domicilium larèque restituendi, vel semisepultas eruendi, & in suo fundo retinendi. Scribitur lib. 10. epist. 4. ad Atticum, *Quod mihi mandus de quodam regendo, ἀρῆσιω*. malui aliquādo diducta voce *ἀρῆσιω* legere omnibus elementis seruat, quàm vel *ἀρῆσιω* inducere, vel *ἀρῆσιω* inferre. ac locum à Cicerone significatum, & indicatū putabam ex antiquo aliquo poeta in hanc sententiam, An tibi ὀ Αἴας fidem facit corrigi posse? quasi innuat non posse. sed additamento elementi *ἀρῆσιω* legere quispiam malit, vt difficilè prouinciam indicet, Parthiamque debellandam: vt ab Arsacis nomine vrbs Arsacia regnum Parthorum significet. Fortasse legendum *ἀρῆσιω* tunde terram, quod de irrito labore vsurpabitur non inconcinne. Cū tamen reperiam in optimo libro, cuius mihi copiam vir & humanissimus & doctissimus Lambinus fecit, *ἀρῆσιω*, labor, vt Arcadiam legam, & allusem putem ad versum,

ἀρῆσιω μὲ ἀρῆσιω, μύρα μὲ ἀρῆσιω, ὅ τοι Ἀρῆσιω.

Vidi qui *ἀρῆσιω* legeret, & Herculis aliquam prouinciam & ærumnam intelligeret. Epistola sequenti scribitur in pluteariis veterum bibliothecarum libris, vt Victorij boni & eruditi viti fide referimus, Adriatico mari Dolabella, fretensi Curio: sed emendatorum opera duæ voces in vnus sedem irrepperunt, *freto Siciliensi*: ego à superiori mare repetendū esse reor, vt quemadmodum mare Adriaticum dicitur, sic & mare Fretense dicatur, quod Siculum fretum est. Nam & milites qui ex illa ora deligebantur, Fretenses appellabatur, & in veteribus monumentis legionē Fretensem legimus, quæ quidem facile mihi persuasit, vt contra hominum auctoritatem in scriptoribus res veluti nouas molientium

Fretense mare.

Fretense.

Summarius.

Cicero emendatur.

In suo lectulo.

molientium antiquæ vocis ius tuerer. Sed & eodem libro, epist. 11. scribitur, *ego verò vehiculo, si naus non erit, eripiam me ex istorum parricidio.* cum in Græciam transmittere Cicero parer, quid ei vehiculo est opus? nisi si Neptuni quadrigas, aut deorum marinorū hippocampos, aut Ne-reidum Delphinos, quibus per mare vehatur, intelligit: quod equidem nō puto. igitur cum vehiculo non magis in mari locus sit, quàm in terra nauigio, meritò corruptæ vocis suspicio oboriri potest, quam & auget è puluerulentis archiuis & tineariis, vt ita dicam, libris eruta scriptura, quam Victorius retulit: ea est, *vellunt ridiculo*: quas quidem duas voces dum sæpius considero, & quid Ciceronem dicere voluisse verisimile sit expiscor, vocemq; rimor aliquã, quàm proximè ad literaturam veterem accedentem, tandem sic statui legendum videri, *vel*

Vtriculo *vtriculo*, non inuita, vt opinor, Minerua: vt sit sensus, si naus copia mihi non erit, vt in Græciam traiciam, nataturus eo sum. Nā milites plerumque subiectis vtribus incumbentes fluuios transmittere solebant, vt in historiis legimus. Cicero autem qui tanto transmissionis studio teneretur, vel non iusto vtre, sed paruulo vtriculo se mare tentaturum, & tranaturum per superlationem dicit: quanquam nec malè coniciunt, qui lintriculo legunt. Videor etiam ex eo libro animaduertisse, quod mediufidius percriptione dignum existimauit, æquinoctium non tantum esse illud breue tempus vnius aut duorum dierum, quo æquantur spatia diurna nocturnis: sed longiorem temporis tractum & interuallum, vt ab ipso verno æquinoctio propè ad vergilias. Verba sunt Ciceronis epist. penult. huius libri, *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat:* at qui hoc Cicero scribit 17. Calend. Iunias.

Vtriculo

Æquinoctium.

CAPVT XI.

Ducere epos, infelicibus lignis vrere, viuere rectè, rectè conuiuari, rectus apparatus.

ABerrare aliquando licet, & huc & illuc vagari, cum & in cælo nō certam omnia sidera sedem habeant, sed quædam erronum & nomen & incertas vias habeant. In hunc & illum scriptorem excutremus, vt aliquid huic ad ornando capiti colligamus. Horatius libro 1. satyra 10.

Ducere epos.

Fortè epos acer, vt nemo ducit Varius. quo sensu dictum accipimus? equidem illud ducere tralatitium arbitror, vt ex metallo multa dicuntur duci: vnde & *in do marta* etiam laminæ dicuntur, quia ducuntur. nam cudendo malleis ita aliquando metalli materia ducitur, & informatur in effigiem aliquã: quod quid operosè sit, & dura materia est, eoque magis quo maius opus informatur, idcirco de heroico Varij opere dixit,

Fortè epos acer vt nemo ducit Varius. Non est tamen supprimenda librorum anti-

quorum auctoritas, in quibus reperio, *Vt nemo Varius: dictu molle atq; factum.* Etiam è marmore duci aliquid dicitur, sed æquè translata, vt apud Maronem 6. Æneid.

—Viuos ducent è marmore vultus.

Illam autem puella Catulli, quæ vouerat se datu ram Vulcano lectissima Volusij poetæ carmina, epigram. 34.

Infelicibus vstulanda lignis:

cur obsecro infelicitum lignorum in voto memineras? Equidem id non temerè à poeta scriptum arbitror, & necesse est hoc ignorato de gratia & venustate epigrammatis multum perire. Sciendum igitur veteres solitos esse plerumque prodigia & portenta sic procurare, vt exurerent lignis infelicibus: Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 20. *Arbores, inquit, quæ inferum deorum auertentiumq; in tutela sunt, eas infelices nominat: subiicitque, quibus portenta prodigiãq; comburi iubere oportet.* Græci ea spinosis lignis, quæ infeliciora videbantur, comburere solebant, & cinerem in profluentem proicere: Theocritus de anguibus, quos Hercules in cunis eliserat,

Vrere in infelicibus lignis.

Ἰαχνησα δ' ἀπαλάθω φύλ' ἐποιμάσων ἢ παλιόρω, ἢ βάρω ἢ ἀνέρω ἀδιδου μέδωρ αἰῶν ἀχρῶδω, ἡδὴ ἢ τῶδ' ἀχρῶδω ὅτι σπῆσαι ἀφάνωι ἄντι μῆσθ' εὐα πῶδ' αὐ λωλο τῶν ἰδύλων αἰοτοί, ἢ εἰ ἢ συλλήψασα λόνωρ πωρῆ ἀμειπύλων τῆς βύβλω δὲ μάλα πῶσαν ἐπὶ ἡ πῶδ' αὐτοί φέρσασα ἰαχῶδ' αὐ δὲ τῶδ' αὐτοί ἢ εἰω.

Ergo Catulli puella, vt malum quoddam prodigium, vouerat se crematuram versus optimos Volusij lignis infelicibus, eaque latet in epigrammate arguta lasciuia. Hanc autem consuetudinem paulò antè etiam indicauimus. Solebant & prodigia portentaque in vltimas terras dicere deportanda esse, & in mare deferenda, vt legimus semimares delatos & demersos: quod & prodigijs alijs faciebant: Tibullus lib. 2. eleg. 2.

Prodigia indomitis merge sub æquoribus.

Cœna autem recta in Latinis auctoribus, cœna est lauta, opipara: vnde & rectè conuiuari: Tranquillus in Vespasiano, cap. 19. *sed et conuiuabatur assidue, nec vnquam nisi rectè et dapibile.* Sic rectè viuere, pro lautè viuere & opiparè Seneca epist. 123. lib. 22. vsurpauit. inquit enim, *hanc petunt omnes isti, qui vt ita dicam, rectè viuunt.* Apud eundem epist. 111. lib. 19. *rectus apparatus est lautus.* Non, inquit, *magnam rem facis, quòd viuere sine recto apparatu potes.* sed & vnctū rectè Horatius eadem notione pro apparatè condito cibo dixisse mihi videtur in arte poetica,

Viuere rectè.

Rectus apparatus.

Si verò est, inquit, vnctum rectè qui ponere possit.

CAPVT XII.

Rectus talus, ter crepuit sonum, noualia, caput alli, afflare, tergere palatum.

HOC quoque capite, vt & superioribus, multa cuiusq; modi miscemus. qui enim hoc genere scribendi prodesse plurimum cupit,

pit, necesse est diuersa colligat, aut chartas perdat. Rectus talus esse videtur eorum qui stant, qui cadunt, eorum non rectus. hinc illæ duorum poetarum, Horatij libr. 2. epist. 1. & Persij sat. 5. elegantes translationes,

Securus cadat, an recto stit fabula talo.

Et, — tibi recto viuere talo Ars dedit.

Id eo dico, quod sententia facilius informatur origine translationis non ignorata. qui enim eam indicat, veluti digitum ad fontem intendit. Talus autem in suffragine animalium talum habentium, dum stant, rectus est: Aristoteles lib. 2. de histor. animal. cap. 1. *ἵχα δὲ ἐρθρὸν τὸν ἀσπράλαρον οὐ τῆς λαμπρῆς τὸ μὲν πρῶτον ἐστὶν, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς ἕξω.* Sed & in talis lusoriis, cum ita euenit, vt talus in la tera quatuor non cadat, sed in extrema, & tan quam capita, quod perquam rarum est, rectus esse dicitur: Cicero lib. 3. de Finibus, *ita iacere talum, vt rectus assistat.* Nihil fecius & illud non habet explicationem satis apertam libro Carmi num 2. ode 12. scriptum,

Letum theatris ter crepuit sonum.

Sed existimo in plausu dando veteres solitos esse ter voce significationes lætas dare, & manuum plausu, idq; pro multo existimatum esse. Hinc illud lib. 1. ode 1. supra à nobis expositum,

Certet tergeminis tollere honoribus.

nam perspicue de populi theatri plausu accipiendum est: vt & illud Maronianum libro 2. Georgic. — hunc plausus biantem

Per cuncos (geminitus enim plebisq; patrumq;) Corripuit.

Ex illa ter crepandi plaudendiq; consuetudine est à Propertio lib. 3. eleg. 10. scriptum,

Et manibus faustos ter crepuere sonos.

Illud Maronianum 1. eclog. quale tandem est, Impius hæc tam culta noualia miles habebit,

Barbarus has segetes?

hic ipsa meridiana luce clarius est, nouales à segetibus separari. nam segetes terræ satę sunt: nouales terræ quæ cessant, vt nouentur postea & arentur: vt 1. Georg.

Alternis idem tonsas cessare nouales.

Itaque in nouali pecus habebatur & delectabatur, quod herbosum sua sponte cum inaratum solum est, reddatur: Columel. lib. 6. cap. 1. *cum ille quam maximè subactis & puro solo gaudeat, hic nouali grammosoq;.* hic Columella pastorem ab agricola distinguit, quod alter subactis, alter nouali gaudeat solo. At verò illud Persianum 5. satyra è superstitione antiqua dictum est,

Incusere deos instantes corpora, si non

Prædictum ter manè caput gustaueris alli.

Alliorum enim capita ad multarum noxarum depulsionem valere animis vetustas imbiberat. Columella etiam ouis quæ incubantur, substerni vtiliter aduersus tonitrua putat: eius verba sunt lib. 1. cap. 5. *Plurimi etiam infra cubitum stramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus alij capita cum clauis ferreis subiiciunt, quæ cuncta remedia creduntur esse aduersus tonitrua, quibus vitantur oua.* & tamen mirum est ab Ægyptiis id imperatum fuisse, vt fingit Persus, quorum reli-

gione allium in diis numerabatur, & per allium iurabatur: vnde & Plin. lib. 2. Nat. histor. cap. 7. scribit, *per foetidos cibos & alia similia iurantes.* sed ad Græcorum consuetudinē & Romanorum Iliaci multa accommodabāt. Illud autem Horatianum lib. 2. satyr. 8.

Canidia afflasset peior serpentibus aspis:

ex eo tractum est, quod quæ alioqui salutaria suo halitu afflauit serpens, venenata redduntur, vt fungi, quemadmodum Plin. lib. 22. cap. 22. & 23. scribit, sed & solo afflatu serpētis interimuntur pulli. Colum. lib. 8. c. 5. *cauendumq; ne à serpentibus afflentur, quarū odor tam pestilens est, vt interimat vniuersos.* At verò lib. 2. eiusd. lib. *quam gallina tergere palatū, sic dictum accipio, quasi quædam in eo sordes eluantur sibi succo & sapore. sic detergeri dicitur fastidium, quasi in palato infideat humor aliquis fastidium paries, quo detracto auiditas & appetentia gignatur: Columella, quæ in auarijs quoq; desidentium detergēt fastidia, faciūtq; audiorē volaturā, quod maximè expedit.*

Afflare.

Tergere palatum.

CAPVT XIII.

Rapis vescitur Romulus, ferula vapulare, Diespiter, Athenis dimidium licet Alexandria totum, consul pomeridianus.

Redidisse videntur prisca non tantum nec stare & ambrosia deos pasci, verum etiam vilibus quibusdam cibis, vt Romulum rapis: credo de paupertate illius seculi, quo Romulus vixerat. Proinde quasi in cælo iisdem cibis victitet, quibus in terra alebatur. Seneca script in apocolocyntosi, *st; è Republ. esse aliquem qui cum Romulo possit feruentia rapa vorare.* Martialis libro decimotertio,

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa

Quæ damus, in cælo Romulus esse solet

Sed eodem in Senecæ lib. scribitur, & proximo munere inter nouos auctoratos ferulis vapulare placet. Nouos auctoratos hic dicit, q nuper mercede conducti sunt, vt depugnent, qui pro auspicio ferulis vapulabant, cum ipsi ferro carerent, & alij gladiatores per ludibrium ferulis eos cæderent, vt pueros ludimagistri. nam aduersus eum qui ferrum habuisset, cuius temeritatis esset ferula batuere? Hinc scripsit Martialis in præfatione lib. 2. *Denique videas an te delectet contra retiarium ferula.* Diespiter autem in eo loco filius Nicepotæ dicitur imitatione Romana & Græca. solebant enim cum quem nominabant, cuius filius esset adicere. sed Nicepotes iste suboffendit me, & Iaperi legere mallet, vel potius Nicephori. nam, et si tortè ab Iapeto non deducitur Diouis stemma, tamen sic pro suo iure scripsisse Senecam quispiam crediderit. Hic autem (vt hoc non prætermitam) videtur Diespiter esse dei & lucis pater, qui que manè regit, quo tempore nummularij res suas gerunt, non perinde post meridiem. In antiquo tamen lexico reperio Diouem esse *ἡν ἑσπέρου.* Sunt paulò antè quædam

Romulus rapis vescitur.

Ferulis vapulare.

Diespiter.

Rectus talus.

Ter crepuit sonus.

Noualia.

Caput alli.

in eo libello corruptissima, quæ si, vt subscribam, legantur, sine sensu frigida & inepta non iacebunt, *Eius preces non tulissent illum deum ab Ioue, quem quantum in illo fuit, damnauit incesti: qui Lucium Sillanum generum suum occidit, sororemq; suam.* quod enim per libros percubuit, princeps Oropen, nec intelligo, & folium Sibyllæ explicatu facilius credo. sed & multò post sic lego, *Quare, inquit, quare sorore suam? stulte stude: Athenis dimidium licet, Alexandria totū: hoc sensu, Alexandria quiduis facere licet, & Prolemæi suas sorores incestarunt: Athenis licet dimidium. legimus em̄ apud Athenienses fuisse sorores in matrimonio fratrum: Cimon enim sororem Elpinicen duxerat vxorem. sed huius incesti maior erat & impunitas & licentia apud Alexandrinos. Aut hoc ait, Quia Athenis vterinas ducere nō licebat, cū liceret germanas eodem patre natas: Philo, ἡ μὲν ἐν ἀθῆναις ὀβολὸν ἐμπορεύετο ἐφείδε ἀγορεύει, τὸς ἐμοὺς ὀβολὸν ἐκάλουσαν. Contra Lycurgus incestas nuptias censuit germanarum sororum, vterinarum permisit. sic illi dimidium concessere. Sed Ægyptij omnium fororum nuptias legitimas habuere: Philo, ἡ γὰρ αἰγυπτίαν χρυσάσιον πλὴν ἑταίρων ἀδελφῶν ὡς ἡμῖν ἔχει διατάττει μὲν οὐκ ἐπιτρέπον αἰ ἀδελφῶν, ἐπὶ ἀφροσύνης δὲ ἀδελφῶν οὐκ ἐπιτρέπον καὶ ἑταίρων ὁμοίως καὶ ἀφροσύνης καὶ παρρησίας ἀδελφῶν ἀπείρας ἀδελφῶν ἀγορεύει. Quia, inquit Seneca, Romæ mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit. Quia, inquit, mures Romæ, quod ipsis solitum est & vstratum, molas lingunt, idcirco censoriam iste distringit feruiritatem, vt curua corrigat. Atq; hinc significat genus hoc incesti frequens fuisse Romæ, vt fratres cum fororibus se consuetudine stupri contaminarent. Solent autem mures molas lingere, vnde & apud Homerum περιμύλον in batrachomyomachia nominatur. Quod deinceps est, hunc sensum præ se fert, Permisseram vobis patres conscripti, vt quod assolet, Claudium interrogaretis: solent enim & testes & rei interdum interrogari. Vos mera vapalia fecistis, id est, vos disciplinam curiæ neglexistis. quod enim fecistis, merum rus est, & Afrorum mapalibus inconditisque casulis, & rudibus pastorum tuguriis perlimile, non vrbani, nec decorum, neque scitum, neque elegans. hic igitur, qualemcunque eum existimare oportet, quid de vobis existimabit, cū sine disciplina, velut alias res agentes, sic inepte vos geratis? Ianus pomeridianus est cōsul, credo quod cū meridie plenum sit forum (nam hoc tempus περιβόταν ἀγορῶν vocant) post meridiem frequentissimo iam conuētu fœneratores æs locabant, quod Romæ ad Ianum fiebat: vel potius, quod cū Romani magistratus nihil ferium post meridiem inchoarent & agerent, ociosus & superuacaneus esse videatur, & nō necessarius, sed imaginarius & in speciem cōsul. Immò verò cōsul potius serò factus, vt ni mium senex, iocose significatur: Seneca libro 3. quæstion. natural. Nunc verò ad rem seriam, grauem, immensam, pomeridianis horis accessimus: id est, serò. At dies piter nummulariolus vocatur,*

Athenis dimidiū. Alexandriæ totū.

Cōsul pomeridianus.

& ciuitatulas vendere solet, quod minutus esset fœnerator, & paruulas ciuitates haberet obæratas, quarum nomina cū venderet vel delegaret, vendere ciuitatulas dicitur.

CAPVT XIII.

Mille passum, scitamenta, persolus oculus, cereales cœnæ, chari mei.

VEL manè etiā mille passum commoratus cantharū: versus est Plautinus in Menæchmis, Sc. Ni mala ni stulta. in quo commorandum poetam illum tractantibus & diutius hærendum est in quærenda sententia. ego mille passum more antiquo, pro mille passuum dictum facile mihi persuadeo, vt & Lucilius apud Macrobiū lib. 1. Saturn. cap. 5. est locutus,

Mille passum.

Hinc milli passum qui vicerit atq; duobus.

nam de passo intelligere in scitum esset. Igitur mane mille passum, valet, tantū temporis mane quantū satis est peragrandō mille passuum spatio. In eadē fabula, Sc. Anime mi. scribitur,

Atq; aliquid scitamentorum de foro obsonarier.

Ego vnus elementi adiectione lego scitamentorum, vt scita edulia significentur, quo vocabulo & Apuleius non omnino malus auctor, & antiquarum vocum vsurpator vtiur. eius verba sunt libro. 10. de Asino aureo, hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita. In eadem fabula, Sc. Ni mala ni stulta.

Scitamenta.

Clam vxorem vbi sepulchrum habeamus, & hinc comburamus diem:

hanc sententiam habet, Vbi mortuo die & exaeto genium curemus & epulemur. nam mori diem dicebant: Papinius lib. 4. filuarum,

Dies moritur.

Iam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis.

sed & dies componi vt mortuus, id est sepeliri dicebatur: Maro 1. Æneid.

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Eo autem tempore cœnare veteres solebant, ita ex morte & sepulchro diei cœnandi tempus intellexit, proinde quasi cœna sit eius bustum & sepulchrum, Mox autem lego, persolum effodito oculum, ita flagitante atque adeo efflagitante versus modulo. Persolum autē oculum cū dicit, se luscum esse significat, & particula augendi data est verbo, quod omnis expertus est incrementi: Ibidem,

Persolus oculus.

Inde vsque ad diurnam stellam crastinam perpotabimus.

Diurnam stellam vocat eleganter luciferum, vt hesperum noctiferum vocauit Catullus. Scen. Iuuentus.

Cereales cœnas dat, ita mensas extruit.

Cereales cœnæ.

Cereales cœnas appellari suspicor opimas & lautas, & multis ferculis oneratas, quod Cerealibus populariter solerent genio indulgere, id quod ē Marone intelligi potest 1. Georg. sic scribente,

In primis venerare deos, atq; annua magnæ Sacra refer Cereri letis operatus in aruis,

Extremæ

Extrema sub casum hyemis iam vere sereno:

Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vna.

Sed & ante messem ei sacra faciebant, & epulabantur, vt ex eodem Marone intelligimus, educatrixq; hominum Ceres dea erat: inde & auras Cereales, quæ educant & alunt fructus Plin. lib. 15. cap. 19. de caprificatione loquens vocauit, intus solem primo secum inducunt, Cerealesq; auras inmittunt foribus apertis. Ni mala autem ni stultas, more antiquo cum Seruio dictum esse suspicor, pro, Ne mala, ne stulta sis, quod & ante à nobis est obseruatum. Sc. Iuuentus.

Cari mei.

Domi domitus sui vsq; cum caris meis, cum dicit parasitus, ex ambiguo ludit festiuè, nam & chari dicuntur liberi, & cari cibi quibus vesci assueuerat, cum præfertim se nihil dicat mox comesse, nisi quod carissimum est, vt cum de charis liberis loqui videatur, cibos tamen perspicuè auditorem fallens intelligat. Ibidem,

Hi quoq; iam cari qui instruuntur, deserunt, cum dicit, le destitui nummis dicit, quibus cibi parantur: vel, id quoque, vt alij legunt, iam cari qui instruuntur deserunt: hoc sensu, Id quoque accidit, vt cari cibi qui instruuntur in mensa, & tanquam in acie collocantur, desertores esse incipiant, nec locum teneant. Itaque hanc posteriorem scripturam & concinnioem, & Plautinis facietis digniorem arbitror. Charos autem liberos dici è Laetantio cognosci potest, ita lib. 6. cap. 12. scribente, cum sciat se charos suos deo relinquare, nec his vnquam præsidium defuturum.

CAPVT XV.

Madere, miluina, viaticatus æstiuè, æstiuæ supellex, nauales pedes, peniculus, somnare ritu canterino, census capere.

Madere. V Eteres madere pro coqui vsurpasse satis multis docere exemplis possum: vt Maronis 1. Georg.

Et quamuis igni exiguo properata maderent.

& Plauti in Perla,

Collyre facite maderent & coliphia.

& Menæchmis, Sc. omnem.

Iam ego hæc maderent saxo, nil morabitur.

Rursum, *Madida quæ mihi apposita,* id est, cocta.

Id ex eo credo, quod plerunq; quæ cocta sunt, tenerescere & maderescere solent. sed quis iniurium esse conqueretur, si ex iisdem Plauti Menæchmis quædam huic capiti aspergam?

Miluina.

Sc. Anime mi. miluinam appellauit appetentiam, eamque vehementem, credo de milui rapacissimæ & semper famelicæ auis natura. Sc.

Viaticatus æstiuè

Nulla est voluptas. *viaticati sumus admodum æstiuè,* dictum est ex eo quod plura alimenta hybernis solent prouidere milites, quam æstiuis: & quod æstate qui iter faciunt, paucioribus diebus quod volunt perueniunt, & de æstatis frugibus inter eundem se interim tolerant, cum idem hyeme nuda tellure facere non possint, & ea tempestate lagenam & potionem potius

quam cibum & obsonium quærant: nam in laena est æstiuum viaticum. sic æstiuæ supellex à Propertio dicitur lib. 4. eleg. 9. de poculis,

Æstiuæ supellex.

— vitiq; æstiuæ supellex,

Et Metymnei grata saltua meri.

Nominatur & æstiuæ cœna à Tertulliano, sed alio modo & sensu, cū de Empedocle loquitur in lib. de Anima: Atq; exinde in illo finita sit mensa somatosis, vt æstiuæ cœna post assum. Sc. Bene obsonaui.

Afferuatote hæc sultis nauales pedes, cum dicit, remiges intelligit (nā Menæchmus lembo aduectus fuerat) qui in naui loco pedum sunt. alij remos intelligūt: remi enim pedes videntur, quibus naues ambulant. Hinc illud Aufonij edyl. 9. in Mosella,

Nauales pedes.

Remipedes certant medio cum flumine lembi.

Quod autem peniculus spongia sit oblonga caudæ similis, idcirco Sce. Sine fores. ludens scripsit ioculariter,

Quis iste est peniculus, qui extergentur baxeæ?

Peniculus

Sunt autem baxeæ calceamenta indutu facilia: Hesychius, *βάξω τῶν ἰσχυρῶν ὀνυχῶν.* Ead. Sc.

Certe hæc mulier canterino ritu adstās hic somniat: locus ex ambiguo est. nam & somnare somnia, est videre inter dormiendum, dormiunt autem equi stantes plerumque (somni autem comes somnium est) tamen canterij magis, qui quod castrati sunt, mitiores & placidiores somniculosique & dormitantes magis ob torporem videntur. Somnare etiam delirare, nugæque & deliramenta effutire valet: vt in Curgulione, Sc. Non ego nunc quos sumanos somnias, id est, nugaris & blateras. mulierem igitur insanire & delirare dicit. Sc. Sine fores.

Somnare ritu canterino.

Quasi supellex Pellionis palus palo proximus est. & in tentipellio sunt pali ad distendendas pelles, & de palis multis in taberna merces suspendebantur, & domi supellex. Atque hoc de Pellione homine paupere dicit, cuius supellex præter palos nudos nulla erat. Is autem etiam comædiarum actor, sed malus erat: Plautus in Epidico, Scen. Mirum est. *velut Epidicum,* quam ego comædiam æquè ac meipsum amo: tamen eum eam agit Pellio. Vt qui in senatum non venerat, pignoribus captis multabatur: ita qui non venerat in concionem, eum pignoribus captis coerceri vult parasitus: sed pignora capere, census capere dicit: Plautus in Menæchmis, Sc. Plus triginta.

Census capere.

Quæ nisi adsunt cum citentur, census capiant illud. Sc. Potin' vt.

Fecisti finus absenti me prandio.

Cur ausus facere? cui ego æquè ac hæres hæremi.

Hæres non repugnat modulis versus, & hæres cœnam iuneris præstare, vt Persius ostendit, solebat. sed & Hæres martea dicebatur, quam accepta hæreditate vereres colebant, quæ æquè nõ refragabitur numeris. Eris etiam, quod in antiquis libris reperiri doctissimus vir loachimus testatur, non omnino displicet. ob prandium enim in nuptiis Pelei, Eris dea, id est, contentio & discordia, quod adhibita con-

Dij patrij purgamus agros, purgamus agrestes,
Vos mala de nostris pellite limitibus.

Amburbia. At fiebant Amburbia cum vrbs & pomerium
lustrabatur, vt apud Lucanum lib. 1.

Mox iubet & totam pauidis à ciuibus urbem
Ambiri, & festo purgantes moenia lustro,
Longa per extremos pomeria cingere fines
Pontifices sacri quibus est permissa potestas.

Embolice species. Interdumque facto amburbio ambarualia in
finibus agri Romani fiebant: Vopiscus in Au-
reliano, cantata carmina, amburbium celebratum, am-
barualia promissa. Ex eius vita Imperatoris sup-
plendum hoc caput est, vt iustam magnitudi-
nem habeat.

Ambolicæ species, quæ sint in ea
quæritur cum scribitur, Aurelianus nitri, chartæ,
lini, stuppæ, atque ambolicas species æternas consti-
tuit. hic doctissimi viri & primæ in literis sen-
tentia, anaticas emendant, & orientales
intelligunt: ego minima mutatione embolicas
crediderim esse legendum, vt in codice sa-
cra embole legitur. sunt autem hæ species qui-
bus oneratæ naues quotannis Romam mitte-
bantur ex Ægypto annuo vestigali. Blatteum
pallium ibidem est purpureum vel coccineum,
à blattis & vermiculis, vt quidam putant, qui
è chermes, vt Arabes vocant, & è cocco sangui-
nei coloris erumpunt. Blattium *δρυμῶν ἀμάλ*
in antiquo lexico explicatum legi, vt sit cruor
purpuræ expeditus tingendo velleri Impera-
torum. In eodem etiam lexico legi Blattium *δρυμῶν ἀμάλ*
esse *δρυμῶν ἀμάλ* & *λογγυλίαν*, id est, concretum
conchyliorum sanguinem. Blattium etiam by-
zantium os naris purpuræ dicit Actuarius esse,
vt inde & purpureus dicat color blatteus.

Eutropius in Nerone scribit, Neronem piscatum
esse retibus aureis, quæ funibus blatteis
extrahebat: quod Tranquillus in Nerone, capite
30. dicit, *piscatus est reti aurato, purpura coccoq;
funibus nexis*. Iudices pro magistratibus ab eo-
dem Vopisco vsurpantur: Deniq; inquit, id ter-
tio factum est, vt per sex menses imperatorem Romanus
orbis non habuerit, omnesq; iudices ij permanerent, quos
aut senatus aut Aurelianus delegerat, nisi quod pro consu-
lem Aste Falconium Probum in locum Aurelij Fusci dele-
git. sic iudicis nomen apud Iurifcon. de iurisdic-
tione omnium iudicum accipitur. Monetarij
duce Felicissimo bellum Imperatore Aureliano
excitauerunt. hic eos qui cudendæ pecu-
niæ præerant accipi doctissimis viris non pla-
cet, quibus opponimus auctoritatem Suidæ *50*
sic scribentis, *Μονηταριοι οἱ ὑπὲρ τὸ νόμισμα τυχῆται, οἱ δὲ οὐκ
αὐτοὶ αὐτῶν δὲ ἐκθεσαν τὸ νόμισμα, καὶ τὸ ἴδιον ἀρχαῖα φιλανθρω-
πία ἀνελθόντες, ἐμψόδιον ἐγείρασι πόλεμον, ὅς μάλιστα ἀυρελιανὸς
χρησάμενος τῶν ἀπὸ ἀλλοτρίων κερδῶν ἀμύνην λατρεῖ γέσασαι.*

Monetas trij. Cum antè scribitur, Aded vt etiam ballista pueri &
saltatiunculas in Aurelianus tales componerent: ballis-
tea cantica quæ saltantur intelligo. nam *βαλλίσ-
ται* hoc significat, & ballistos tripudium est ap-
ud Athenæum libro 8. quod nomen hodieq;
gallica lingua retinet. Ferramenta, inquit Vopi-
scus, famiata. Nonius acuta & mucronata expli-
cat: & rectè, quod ex eo credo, quia famia cre-
ta polita & nitida deterfaque acuerentur. vim

Ballistea. famiata

enim in ea detergi endi esse nouerunt omnes:
igitur & detergendo ferramenta acuit, vnde
ducta Nonij interpretatio, quæ mihi valde pro-
batur. nam & famiator in vetere lexico *ἀκονυτής*
exponitur, & in antiqua inscriptione SAMIA-
RIIS DORYPHORION, legitur.

CAPVT XVIII.

Nitrum virginale, matronale, berenicarium,
hydrorosata, atramentum sutorium, sæcula,
onides.

IN medicorum compositionibus, quarum
varietatem vel imitabitur vel superabit hoc
caput, reperio varia nitri genera, vt partheni-
cum, id est virginale, quo scilicet virgines se-
tergebant. eos equidem errare existimo, qui
parthicon emendant, vt è Parthia aduectum.
quidni enim nitrum sit virginale vt & matro-
nale? hoc apud Marcellum reperitur empiri-
cum: illud apud Nicolaum myrepsum. etiam
aphronitrum matronicum, id est, matrona-
le agnoscit Trallianus. Reperitur apud Ni-
colaum & Galenum, etiam nitrum berenicar-
ium, ex urbis nomine: sed & in confectio-
ne pulueris apud Nicolaum legitur nitrum matro-
nicum, quod est matronale: & alio loco ma-
tronicum, id est matronale scribi debet, non
matriniacon. *ἀδὲς παρρημῶν*, id est, salis è salsamen-
tis, legendum existimo apud eum. Medici do-
ctissimi quærent quæ sint apud Trallianum
encatera, buridia menomenia, & membridia:
ego hæc vocabula non nihil deformata existi-
mo, quæ sic interpolata primæ suæq; restituen-
tur oris formæ, elacatena, burynchidia, mæni-
dia, membradia: nisi si quis primum verbum
pro salsamētis intestinorum retinendum con-
tendat: reliqua proculdubio rudiario egent, à
quo renouentur, & pristino nitro reddantur,
quod pro meo captu facere conatus sum. Quæ
drofata Nicolaus appellat, ea sunt integro vo-
cabulo, quod curtauit, hydrorosata: inde pri-
mum appellata, quod in eorū confectio-
nem aqua & rosa mitteretur: deinde longius pro-
pagata vox est, vt sirupos significet. Antido-
tus, quæ diacomeron appellatur, vocari debe-
re videtur *διὰ ἀκονυτίω μέρω*. nam viginti octo
partibus constat, idque cum esset notis scri-
ptum & compendiis, vocabulum mendosum
conflatum est, ad quem scopulum pedem of-
fenderent medicinae studiosi. In Antidoto Mi-
chaelis Syngeli cachryos emendandum arbi-
tror, pro carychi, vt semen rorismarini intel-
ligatur. In pulueris cuiusdam confectio-
ne apud Nicolaum legitur *φάρμακον λιανουρένης*. quo no-
mine intelligo lucernarias blattas, vel papi-
liones lucernis obuolitantes. nam *φάρμακον* & *φάρ-
μακον* vocantur à Græcis. Apud eundem, pro æ-
re manicario in compositione collyrij emen-
dandum suspicor, æs monetarium, vel potius
æs manuarium. Chalacantha apud Nicolaum,
quandoquidem ambiigi video quid eo nomi-

Nitru vir-
ginale.

Nitru ma-
tronale.

Nitru ber-
enicariu.

Hydro-
rosata.

Atramentum futorium. Fæcula.

ne intelligendum sit, non aliud quicquam est quam atramentum futorium, quod chalcantum alij vocat: etiam chalchanté interpres Nicandri appellat. Fæcula est fex vini vsta: *φύμα* in Tralliano & Nicolao pro *φύμα* malè excuditur. myrianthos nomine ioculari vocatur hominum oietum, id est, *ἄφρων* & *ἀειδύπλον*. hoc non adscripsissem, nisi in eo perdoctos hæsisse animaduertissem. Phecarinon acetum esse in eodem Nicolao suspicor, quod Latinis fæcari- 10 acetum diceretur. est enim vox corrupta, ut aslolet, Latina tamen. nam ex fece exprimi acetum non infrequens est. Asterium in mari inventum in eodem vnguentario, stella marina videtur, de qua Plinius & alij scribunt. Aphroselinon autem apium est Africanum porius, quam spumofum: etsi doctissimi viri in hac sententia sunt. in morbis pedum præscribit ceonidas vstas Nicolaus: sed quæ sint, nemo explicat, ac ne explicare quidem potest 20 quisquam: sed fortasse comminisci. ego onidas, id est, stercof asininum, legendum esse suspicor: sunt qui conidas, id est lendes. Non ferè Andromachi theriaca numerosior est, quàm hoc caput: sed finis sit, ne nimium ambitiosè in medicinalibus verbis confectandis esse videamur.

Onides.

CAPVT XIX.

Mullus centuriatus, carrago, tunice russe, colorie, dogæ.

Carpentū iudiciale.

IN Aureliani Imperatoris vita apud Vopiscum carpentum iudiciale mihi videtur esse vehiculum, quo veftatur magistratus, qui iudicis nomine plerumque intelligitur, vt & antè docuimus, & ex Adriani Imperatoris vita colligi facillè potest. Peluis autem pueri, est in quo pueri lauari à nutricibus solebant: quam veterem consuetudinem è Galeno nouimus. In eodem, *ita vt haberet in latere vno auem, in alio coronam*, non iniuria lego: etsi sola coniectura, quæ in errorem lubrica est, nitior: sed eam à literis si excludimus vbi minus noxia est, medico ne relinquamus in capitalibus morbis. Huius, inquit Vopiscus, *epistola militaris est ad suum vicarium*. duces suos habebant vicarios, sed & præfetti prætorio: sic legimus vicarios vrbis Romæ, Italiae, Hispaniæ, Africae, Septem prouinciarum. Mullum, inquit, *centuriatum comiter curret*. apparet centuriis mullos attributos fuisse, qui publici tamen erant, non priuati, vt equus erat sagmarius. centuriatum itaque vocat, vt centuriatus miles dicitur, qui centuriæ attributus assignatusque est. comiter autem curari præcipit, quod in publicis rebus minus clementes & comes, quàm in propriis esse soleamus, cum nostra omni cura prosequamur, puplicea vel negligamus, vel asperius & durius ha- 60 beamus. *Querere*, inquit, *præterea vbi sit carrago hostium*. barbari sua in orbem castra solebant in unimento valloque carrorum obducere: vn-

Mullus centuriatus.

Carrago.

de & carrago vocata est, quo verbo censentur eorum castra carris circumdata: Marcellinus lib. 31. *unde haud longo spatio separatam vulgus inastimabile barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digesta plaustorum, tanquam intramuranis cohibita spatijs, otio fruebatur, & libertate prædarum*. Iterum, *quæ optimè tum accepta statimque in census malleolis, ad carraginem, quam ita ipsi appellant, alii velocitate regressa*. Vexilla, inquit Vopiscus in Aurel. *bicolora quatuor: sunt & vexilla pura, & vnius coloris, ad quorum discrimen bicolora reliquaque pluribus distincta coloribus dicuntur*. *Tunicas, inquit, ducales russas quatuor*. hæ sunt, quæ à Græcis *φοινικιάς* dicuntur, quibus qui exercitus ducebant, ferè utebantur: Plutarchus in Bruto, *τὸ μὲν σῶμα τῆ ποικιλικῆς αὐτῶν ἡρώδης φοινικιάων περιβαλλόμενοι*. Subarmale autè profundū, intelligo crassum sagulum, quod sub armis induebatur, vt eorū durities minus corpus offenderet, sed profundo excepta regimento mollius corpori infideret & tolerabilius. Colorie dicuntur, non à natiuo aut factitio colore, vt scribi video, sed quæ colore tinctæ sunt, non tamen coccineæ aut purpureæ: nam in his proprium nomen iam coloris sui, vt purpuræ aut cocci, dicitur ob præstantiam, non tantum in generali voce acquiescunt. id ita esse ex eo apparet quod à Vopisco scribitur, in quo coloris blattea opponit his verbis, *vt blatteas matronæ tunicas haberēt certas vestes, cum antea coloreas habuissent*. Facta, inquit, *erat ratio dogæ cupparum nauium & operū*. quæ malum est ista vox dogæ? ea quidem nihil vtraque in lingua significare multis videtur, sed huc temeraria irrupisse. Ego aliquando putauit legendum *doliorum*: nam ad vicinitatem accedit illius vocis, & congruit cum puppis: nec hic interloquebar, sed planè pronuntiabam ira legendū videri. nunc dogam retineo, præsertim cum ita inueniam in antiquo lexico: *dogæ βῆσις, dogarius βετλοπις*, videtur autem significare, vt ex interpretatione apparet, cui nomen simile vernacula lingua butticulam habemus: & alio loco, *vagna seu cuppa, βῆσις μὴ ἀναλύω τὸ πῶλον λαδῶσι*.

Tunicæ russæ.

Colorie.

Dogæ.

CAPVT XX.

Salarium, lucunculi, luminosum, litare.

SALARIUM à sale originem habere, vel ipsius vocabuli sono notum est, accedit auctoritas Plinij verborum non incallidi investigatoris. nam libro 31. capite 7. inquit, *honoribus etiam militiæque interponitur salarijs inde dictis*. Salaria autem tribunorum militarium & ducum, erant annonæ ipsorum: proinde ἀλαρίων Græci, sic enim recentiores hoc nomen æmulati sua effinxerunt lingua, interpretantur *στρουβίσιον*: Vopiscus in Aureliano, *Nam illi Romam venienti salaria sui ordinis sunt decreta*. Deinde ibidem sic scribit, *panes militares numero sedecim, panes militares castrenses quadraginta, vini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinæcos duos, porcine 60 pondo*

Salarium

pondo triginta, & quæ sequuntur: è quibus quis non intelligit annonam cuique destinata & assignata salarium dici? Et in Probo, item in salario diurno bubulæ pondo, porcina pondo sex, caprina pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum sextarium unum, vini veteris sextarios decem, & quæ sequuntur. Attamen latius patuit hoc vocabulum, significauitq; non tantum eorum annonam, verum etiam commoda & stipendium: Plin. lib. 34. cap. 3. nec pudet tribunorum militarium 10 salarijs emere. Quod Iuuenalis satyr. 3. dicit,

—alter enim quantum in legione tribuni

Accipiunt, donat Caluinæ vel Catiænæ.

Denique à Græcis explicatur *επιτιμιον*, *επιτιμιον*, *σιντιμιον*, *παροχιον*, atque nominatur ab eis *επιτιμιον* & *επιτιμιον*. In Asino Apuleij lib. 10. scribitur, nos

Lucunculi.

em aliud iam vocamur, hic panes, crustula, iucunculos, hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita. Lucunculi hic qui sint, ut ingenuè fatear, nescio: & suspicor lucunculos legendum. nam ita genus quoddam edulij vel panificij potius sciri, mihi tamen non satis noti, vocatur diminutionis forma: absque diminutione Lucuns: Varro apud Nonium,

Ac nulla ambrosia ac nectar, non allia sardæ,

Panis, pemma, lucus, cibus qui purissimus multo est.

Idem,

Vinum, pemma, lucuns, nihil adiuuat, ista ministrat.

Afranius per diminutionem,

Pistori cur non, cur non scriblitatio,

Vt mittat fratris filio lucunculos?

Itaque illud Papinij lib. 5. Siluarum,

Molles Caioli lagunculiq;

quod de Lagone puero paneficiis initiato non indoctè interpretantur, fortasse scribendum est, lucunculiq;. Nos quoque hinc aliud auferimur: Pauci animaduertunt cur in oratione quædam dicat luminosa Cicero, ut cum scribit, tum sunt maximè luminosa, & quasi actiua partes duæ. Ego translationem esse puto à pictura, in qua lumè dicitur, quod vmbra opponitur. Plinius lib. 35. cap. 5. de pictura, tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen atque vmbra. Orationem autem picturæ comparari, & de ea quæ de pictura dicuntur, vsurpari, nõ erit nouum ei, qui auctores peruoluit. Cũ se litasse veteres dicebant, quo verbo grata acceptaq; diis immortalibus sacra fuisse intelligebant, à soluendo, si Varroni credimus, ita loquebantur: proinde quasi sit litare lutare, id est, luere & soluere. 40 tum enim denique solum diis esse videtur, cum acceptum fecere. Varronis verba sunt apud Nonium in Lutau, Habes qui & cuius rei causa fecerim hecatomben, in quo ego (ut puto) quoniam luere est soluere, lutau. Itaque ut maximus & maximus dicitur: ita lutau & litau dici Varro videtur existimasse. A lotio, quod abominamur, lotiolentè pro fœdè & lutulentè dicit Titinius apud Nonium his verbis, Varro lotiolentè floccifiet, & cultor gulæ: hoc aliud agens annotaui, ut

latiolentè, quod irreprobitum est,

expungeretur, substituto

germano verbo.

CAPVT XXI.

In oratione pro Quintio quædam explicata, victus & vestitus venditur, venalis cum ornamentis.

Vendere auctione, in oratione pro Quintio ea dicendi forma dictum arbitror, qua à Cæsare vendere sectionem, lib. 2. de bello Gallico. Estq; vendere auctione, auctoriari, & res in auctione vendere. Atque imberit eiusmodi rationibus illum ad suas condiciones perducere, valet, instituerit, decreuerit, perseverauerit: ut & apud Lucretium 6. lib.

Vendere auctione.

—pœnas capere imbibat acres.

Iam illud, Quod viri optimi faciunt, si qui suos propinquos ac necessarios charos habeant & honestos esse atque haberi velint, id Sex. Næuius non faceret? Quod tandem pertinet? nempe ut doceat, viros optimos, quibus chara est suorum existimatio & honos, si quid cum eis controuersia habeant, alio potius cum eis iudicio experiri, quàm eo quod caput & famam & existimationem eorum læsurum sit: quod idem faciendum fuisse Næuius ait. Quod autem ait, Ne in ciuitate sit, propterea dicit, quod quorum bona publicè in auctione vendita sunt, huius ignominia sibi conscij, vel publico abstinent, vel urbem relinquunt, hominum celebritatem conspectumq; vitantes.

Cicero explicatus.

30 Ac non nemo ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus bonis quidem suis vititur, alterius opes, id quod miserimum est, non expectat: sensum hunc habet, Condemnatus aliquis, aut ignominiosus, offensionem tamè iudicij & famæ iacturam saluis suis & integris quibus perfruitur bonis consolatur, nec aliunde pendere cogitur, alteriusque auxilium & opes expectare. Legi etiam non ineptè posset spectare, quod esset ad alienum auxilium respicere. Sed etiam victus, inquit, vestitusq; necessarius sub præcone cum dedecore subiectus est, id est, qui totus cum omnibus suis rebus & bonis, ut ne vestis quidè ei relinquatur, & si quid sibi penoris ad cibum parauit, venditur. Sic pro Sestio, viuis, ut aiunt, & videns cum victu suo, ac vestitu publicatus. sic ista duo coniungebant, cum personam cum rebus omnibus se vendere significabant. vendebant & seruos cum ornamentis: Plautus in Stichis, Sc. Famem fuisse,

Venalis ego sum cum ornamentis omnibus.

id est, cum vestitu, nonnunquam & si quid penoris sibi instruxerat: sed & Plautus ibidem,

Victus & vestitus venditur.

Venalis cum ornamentis.

Meo cibo & vestitu rem curo publicam.

dixit, ista duo copulans. victum & cultum etiam sæpe coniungi reperias. Sententia sequitur, quæ in *εγω* propè ineptias, si de tanto oratore id dici fas est, excessit, Etenim mors honesta sæpe quoq; vitam turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. ac sententia quidem obscura non est, turpem, verbi gratia, Othonis vitam mors honesta exornauit: vita illa turpissima eorum, quorū bona veniēre, non relinquit locum vitæ honestæ, cum ipsa iam mors sit. quibus enim ista ignominia infertur,

iis funus, vt ait, ducitur, & infra etiam mortuos amandantur. vt igitur extra calumniam sit hæc sententia, putaré legendum, *vita ita turpis.*

CAPVT XXII.

Ad solarium, appellare tribunos, et quædam ex oratione pro Quintio.

Scribit Cicero pro Quintio, non ad solarium, non in campo, non in conuiujs: id ego de solario intelligo, quod erat in foro inumbratum, secundum quod conuenire solebant homines animi causa, vt & in alias fori partes, vt è Curgulione cognoscimus: eius meminit Varro libro 5. de lingua Latina his verbis, *Solarium dictum, id in quo hora in sole inspiciebantur, quod Cornelius in Basilica Aemilia & Fulvia inumbravit.* Sunt qui de mæniauis accipiunt, quæ solaria vocantur, teste diuo Hieronymo: sed illam veriorem & sinceriorem interpretatione crediderim, cum hic ad propinquitatem significet, & ad solarium conuentus hominû elegantium & otioforum fieret. Est & solarium locus apricus expositusque soli, & vt heliocaminus, quod ab Harmenopulo dicitur. Scribit ibidem, *videturne intercessisse appellatio tribunorum, non more, sed auxilij causa?* appellantur Tribuni more & instituto & exemplo, cum eorum intercessio postulatur, si quid iniquè à Prætorè, verbi gratia, decernatur: at cum auxilij causa appellantur, id verò non fit more in causis: quia qui id facit, de sua causa cognosci non vult: qui autem auxilij causa tribunos appellabat in litibus, is se æquo iudicio certare non posse clamabat. Obiicit Vatinio Cicero quòd appellaret Tribunos, ne causam diceret. Asconius Antonium dicit appellasse tribunos ne causam diceret, iurasseque idè se eierare, quòd æquo iure vti non posset. Addit Cicero, *quem tu à puero sic instituisse, vt nobili ne gladiatori quidem hæreret.* Alphenum ait Cicero à Næuio popularem esse factum, ab eoque sic ei studium partium populi insitum fuisse, vt tanto flagrarer odio nobilitatis auctore Næuio, vt ne cum gladiatore quidem nobili vnquam versaretur. hæerere enim est hic cum aliquo esse, & eum sequi: tamen postea à partibus populi Næuius transfuga desciiuit. sic igitur lepidè in Næuium iocatur eum acriter perstringès. Subiicit, *An omnes tu istos vincere volebas: qui nunc, vt tu vincas, tantopere laborant? Aude id dicere non palàm: sed his ipsos quos aduocasti.* An non, inquit, eras ipse popularis? an optabas nobilitatis victoriam? Palàm id si diceres te nobilitati fauisse, te multorum conscientia & vox refelleret. Nunquam, inquit, inter studium vestrum quicquam interfuit: vterque enim populi partes sequebami ni, quas vt afflictas vidisti, ad nobilitatis factionem perfuga transisti. *Qui cum,* inquit Cicero, *vltrò ipsi deberet.* id verò est, cum tantum abesset vt quicquam Næuio à Quintio deberetur, vt vltrò ipse Næuius ex societate debe-

ret: quod è narratione intellectu facillimum est. Hic ego, inquit, *st Crassi omnes cum Antonijs.* Oratores duo nobilissimi fuerunt, quorum hic bello ciuili vrbe à Mario capta occisus fuit: ille ante bellum ciuile morbo lateris consumptus occidit. Loquuntur autem in libris oratorijs ad Quintum Fratrem. *Nempe post triginta dies inquit.* nam post triginta dierum possessionem postulari poterat iudicatum solui. Triginta etiam dies legitimi & iusti dabatur æris cõfessi iudicatis. Ista nos per eam cursitando orationem, raptim strictimque attingebamus, quæ quia cursui nostro moram aliquam obiiciebant, ne in iis alii hærerent, annotare maluimus, quàm præterire. Quæ si cui leuia videntur, is putet idem me sentire: sed cui nihil leue placet, graues opinor sibi cõpedes optaret.

CAPVT XXIII.

Pedules, fœnitium, apsidæ, crocyphantia, semimithra, ancones, topia, opsianus lapis.

Verba quædam Iurisconsultorum excutere in animo est, & velut in alieno foro non meo litigare. L. si argumento. ff. de aur. & argen. legato, *Fasciæ,* inquit Iurisconsultus, *crurales pedulesque: & item pilia vestis loco sunt.* Hic ego pedules intelligo calceos, vt in regula Benedictinorum, *Indumenta pedum, pedules & caligæ.* Iterum, *Et pedules & quodcumque est vetustum reddant, dum accipiunt nouum.* Rursum, *tunica, pedules, caligæ.* Reperi in veteri lexico pedules esse operimentum anterioris partis pedum: in quo & fœnitium erat expositum, fullonum herba: si cui, fortè hæc explanatio probari potest. nam antè fœnitium apud Scribonium explicare potius tentauimus quàm potuimus. Rectè autem in Florentinis, pro item pilea impilia legitur, vt in Plinio lib. 11. cap. 14. iam ante legendum monuimus, quæ sunt tegumenta pedum è coacta lana. Sine controuersia autem pro caliculæ, caligulæ legendum: vt enim in viris caligæ, sic in pueris caligulæ dicuntur. de iis autem eo loco Iurisconsultus verba facit, quæ ad puerilem vsu pertinent. inuenio & in antiquo vocabulario aliculam genus vestis esse. Apsidæ autem eodem tit. lances sunt rotundæ, quæ & parapsidæ etiam dicuntur: sunt & tabulæ in lancium genere magis latæ & planæ, vt apud Horatium lib. 1. epist. 15.

— *tabulas coenabat omasi vilis & agninae.*

Sed & eod. ff. *parapsidæ, tabulas, trullas,* aliqui legunt, alij acetabula. Crocyphantia autem ff. eod. ornamenta capitis sunt, & redimicula, quæ tota è subtemine sine vllo stamine contexta sunt, vnde & appellatione sunt adepta. *λεγκύφαντον* grammatici Græci exponunt, quod est à *λεγκύφαιος*, & ab Atticis *λεγκύφαντος* scribunt vocari. in antiquo D. Germani lexico reticulum exponitur, *νύμφα*, & *νύμφα*. Semimithra autem tanquam dimidium mithræ est. est enim minor quædam mithra, vt semicinctium antè

Appellatio tribunorum.

Hæerere.

Pedules.

Fœnitium.

Apsidæ.

Crocyphantia.

Semimithra.

antè explicauimus. quæ enim similis & geminæ formæ sunt, ex proportione parem explicationem desiderant. L. instrumenti. ff. de supellestile legata. sedularia, sedilia videntur esse, eaque multa, vt & cathedraria cathedræ: sicut rotaria rosæ, cibaria cibi: suntque sedularia tanquam sedillaria. Scribit Labeo supellestilis nomen ex eo natum, quod in legationem, proficiscentibus locari solerent, quæ sub pellibus vsui forent: id est, sub tentoriis, quæ sub pellium nomine hic intelliguntur: vt hybernare sub pellibus est hyemare non in vrbe, sed in tentoriis. Ego potius nomen supellestilis à lectis originem habuisse crediderim, vt initio eo nomine censerentur ea, quæ super lectos, vel cubiculares vel discubitorios poni solerent: postea longius latiusque significatione propagata. Quo citius per hyemem oram legeret, credo legendum l. prædia. §. affini. ff. de instr. & instr. leg. vt sit, Quo citius multis remigibus. Ancones. 10
Ancones. pulsa naui ad oram adplicaret. Ancones ff. eodem. l. tabernæ. calices sunt non rotundi, sed in cubitum flexi, & angulum habentes, vnde & illis nomen tributum. nam pocula variis formabantur figuris. quædam pocula etiam nasos quatuor habebant, vt Vatiniiani calices, vt à saryrographo scribitur. L. instrumento. ff. eodem, topiarij serui ab opere topiario, quod Topiarū. 20
Topiarū. ipsi facere sciunt, vocati sunt. Topiarium autem opus à topiis, quæ à funiculis nomen obtinuerunt, quibus frutices & arbusculæ tonsiles in animalium aut rerum historias luculenta varietate assemblatæ, religatæ & multis hinc inde distinentur locis, torquentur flectunturque, ad effingenda quæ luduntur rerum & animalium argumenta. Opsianus porro lapis l. Opsianus lapis. 30
Opsianus lapis. cum aurum. §. gemmæ. ff. de aur. & argen. leg. optimè in Florentinis scribitur exemplaribus, vt & apud Arrianum, *luna è sì badea l'expulsi & d'igi en'isa è d'f'caois nido*: quod ideo moneo, quia vt mendosum à plerisque mutatur, cum ad stipulatione Græci scriptoris integritati lectionis caueatur.

CAPVT XXIII.

Luna non laborat, regit sol sidera, inane, sidus confectum, sidus, aperiuntur maria.

Luna non laborat.

LUNA cum plena est, inciditque in fastidium umbræ noctis, extinguitur, cum laborare olim dicebatur: at verò mensis exitu, etsi eius nullum lumē est, tamen laborare non credebatur. Itaque in Plinio lib. 2. cap. 9. legendum, *Quæ mensis exitu latet, cum laborare non creditur: quod de lunari Lustrationis mense non de solari intelligendum est.* Sed & in Plinio non ita multò post lego, ad stipulationem veterum librorum fretus & veritate adductus, *solis fulgore eam vt reliqua sidera regi: non vt obtinuit, regi. regit enim & temperat lunæ lumen sol, cum ipsa suo accessu & recessu modò plenius, modò exilius luceat.* similis est menda cap. 15. eiusd. lib. in ca-

Regit sol sidera.

nonicis siderum, Postea radiorum eius contactu teguntur: cum è librorum veterum obseruatione, & rei fide, reguntur legendum sit. radij enim solis cursum errantium siderum regunt, vt docet Vitruuius, vel cum inhihent & stare cogunt vel cum in summas absides extrudunt, vel in imas deprimunt. vtraque emendationem etiam agnoscit Pintianus, etsi non explanat. Ait idem cap. 12. *predicto solis defectu, qui Astyage rege factus est: & appellatione antiquorum librorum velut tribunorum, & auctoritate Herodoti subnixi, auxilium feremus huic loco, & Halyatte legemus.* id enim Halyatte rege factum esse scribit lib. 1. Herodotus. Cap. 26. lib. 2. *pro annumerare posteris stellas ad sidera ad normam expangere, cui scripturæ vetustæ intercedunt exemplaria, reperio, stellas ad sidera ac nomen expungere: quæ scriptura hunc sensum facit, Hipparchum stellas ad sidera redeigisse, & quot in quocumque sidere essent, numerasse, nomina eis reddidisse.* Omne hoc, inquit cap. 37. *quod inani simile vitalem hunc spiritum fundit. poetæ inanem aerem plerumque dicunt: sed & Plin. etiam in mari hoc posuisse videtur in præfat. lib. 6. his verbis, Non fuerat satis oceanò ambuisse terras, & partem earum aucta inanitate abstulisse.* etli in peruulgatis exemplaribus immanitate legimus. *Cum tempestatibus, inquit cap. 47. confici sidus intelligimus.* Sidera quædam tempestatè inferunt, quæ tum confici dicuntur & confecta esse, cum ea tempestas, vt strictim antè attigimus, sæuit: Oppius de bello Africo, Namque Vergiliarum signo confecto circiter vigilia secunda noctis nimbus cum saxorum grandine subito est exortus inges. quod etiam de quacunque aeris mutatione, rerumque affectu vi cæli & influxu siderum eueniente usurpatur: Plin. lib. 18. cap. 28. *quamobrem eas manibus agriculturum ingessit, vertiq; iussit ipsa die folia, vt esset confecti sideris signum.* Est & sidus plaga & inclinatio mundi: Plin. lib. 1. cap. 67. *sub eodem sidere pars tota mundi vergens in Cassium mare pernaugata est.* Maria hyme clausa sunt, cælo tempestatibus foedo & procelloso, aperiuntur vere: Plin. cap. 47. *ver er go aperit nauigantibus maria. ac diem anni quo nauigationem auspicabatur, feriis quidam celebrabant: Apul. lib. 11. de asin. aur. diem qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupauit religio, quo sedatis hybernis tempestatibus, & lenitis maris procelloso fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinanti primitias commeatus mei libant sacerdotes.* Veget. li. 4. cap. 39. *post natalem verò, vt ita dicam, nauigationis, qui solenni certamine publicoque spectaculo multarum gentium celebratur.*

Inane.

Sidus confectum.

Sidus.

Maria aperiuntur.

CAPVT XXV.

Satisfactio per iusiurandum, nihil duarum rerum credas, bona fide, per diu fidium obsecro, refecro.

VELLEM hodie tanta esset nobis iusiurandi religio, quanta veteribus fuit, quorum multò facilius bonitatem irridere, quam sanctitatem imitari possumus. si quis quem re aut verbo læserat, interpositione iusiurandi, quo

Satisfactio per iusiurandum.

eum qui læsus erat, adiurabat indignum ea iniuria esse, & ei nolle factam, satistaciebat atq; purgabat. nos hodie in condonanda iniuria tam faciles non sumus, quam natis & nepotibus pro hæreditate legamus. Comædia exemplum vitæ est, ea fidem faciet verum esse quod dixi: Plautus Amphytr. Sc. Durare nequeo.

Aut satisfaciât mihi, atq; adiuret in super Nolle esse dicta, quæ in me in fontem protulit.

Apud Terentium in Adelphis, act. 2. scen. 1. negat leno se hanc accepturum excusationem, quod non faceret, nisi ea adhiberi, & homines ea placari soliti fuissent: Ego vestra hæc noui, nollem factum, iusiurandum dabitur esse te indignum iniuria hac. Genus erat & apud eos affirmationis religiosæ, & cuiusdam propè iurisiurandi, nihil mihi credas diuini & humani: quod est nihil mihi vilius rei credas: Plautus in Asinaria, Sc. Ain' tu meum.

Nihil duarum rerum credas.

Neq; diuini neq; mihi humani quicquam accreduas, 20 Artemona si huus rei esse mendacem inueneris.

Eodem sensu illud in Truculento, Scen. Quis isthic est. interpretor, nunquam eæpol mihi quicquam homo mortalis duarum rerum creduit. id est, nihil diuini & humani: ac malè de poeta merentur, qui pro duarum adulterant suarum. Erat sancta etiam affirmatio & iusiurandum, Bona fide: nos tamen hodie nisi appellato numine sacramentum non putamus: Plautus in Captiuus, Scen. Iupiter supreme. He. dic, bonan' fide tu mihi isthæc verba dixisti. Er. Bona. nam sequitur mox, An tu dubium habebis, etiam sanctè cum iurem tibi? Erat & iusiurandum per ea quæ chara erant, vt per liberos: Horat. ode 5. Epod.

Bona fide

Per liberos te, si vocata partibus Lucina veris affuit.

Plautus in Asinaria, Sc. 1.

Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ Superesse vitæ sospitem & supersitem: Ita ted obtestor per senectutem tuam, Perq; illam quam tu metuis uxorem tuam, Si quid med erga hodie falsum dixeris, Vt tibi superstes vxor etatem fiet.

his enim verbis herum ita obstrinxit seruus, vt, si per dium fidium quod sacramentum sanctissimum erat, rogasset, non magis obstringere potuerit. itaque respondet herus,

Per dium fidium.

Per dium fidium queris, iurato mihi Video necesse esse eloqui quicquid roges.

Vt si diceret, istud quidem est rogare per dium fidium. ac vt hoc interim addam: Dius fidius explicat in antiquo lexico, *Διὸς ἴδιος, ἡπαυδῆος*: atque vt formulæ res charas inferebant, ita odiosas & inuisas adiciebant, quod veterator seruus fecit. Quin, vt superstitiosa illa hominum pifcorum natio fuit, si quis Obsecro dixerat, eum quem alloquebatur obstringere obligareque quodam sacramento & iureiurando videbatur: & si ea persona erat, cui pudorem deberet, cuique omnia libere in vtranque partem esse vellet, vt eam religione solueret, subiiciebat

Obsecro.

Resecro. Resecro. quo verbo obsecrationem soluebat: Plautus in Aulularia, Sc. Dixi tibi.

—nunc te obsecro,

Fac mentionem cum auunculo mater mea: Resecroq; mater quod dudum obsecraueram.

Etiam qui obsecrabatur, ne religione ea obligaretur, resecro dicere solebat: Plautus in Perla, Sc. 1. To. obsecro. So. resecro. sic enim legendum est. Sed & rei in comitiis, cum populum supplices obsecrarent, continuò resecrabant: Verrius apud Festum, Resecrare, soluere religione, vt cum reus populum comitijs orauerat, vt eo periculo liberaretur, iubebat magistratus cum resecrare. Multò plura eiusdem generis obseruari posse in veterum monumentis inficias non iuerim, sed mihi temperavi, modumque adhibui, vt occurrerem moroso quorundam fastidio.

CAPVT XXVI.

Rete iaculum, iaculator, Ausonius emendatus, senex recoctus, delphica, & quædam alia.

VLcus quoddam Plauti in Asinaria, Sc. 1. mala attigerunt manu, vel fecerunt potius, qui sana vlcera potius & cruentat, quam vlcera & læsa cicatrice obducunt. partim enim retiaculo inducunt, partim iaculo apros, partim rete iaculo. Ego arbitror legendum reti iaculo. sed locum subicribam,

Iubeas vna opera me piscari in aere, Venari autem reti iaculo in medio mari.

Rete iaculum.

Nemo venari possit in mari, sed piscari: nemo piscari in aere, sed venari & aucupari. Rete autem iaculum dicitur ad verriculi discrimen. nam iaculum iacitur, funda q; etiam appellatur à Marone, à tundendo, vel à fundo, *βῆν* & à Græcis dicitur, inquit Seruius in 1. Georgic. & rete iaculum vocatur. itaq; in quadam comædia iaculatorem pro piscatore posuerat Plautus, è qua hoc affert Isidorus, *probus quidem antea iaculator eras*. Verriculum autem non iacitur, sed verritur, id est, trahitur: Plautus in Trucul. Sc. 1. de reti iaculo,

Iaculator.

Quasi in piscinam rete qui iaculum parat.

Alij emendat, *rete qui iacit vim parat*, quibus non assentior, cum illud alterum & sententiæ veritate & gramaticorum interpretatione nitatur. Ausonius etiam iaculum appellat, & à funda separat, in epist. ad Theonem,

Ausonius emendatur.

Et iacula & fundas, & villica nomina lini,

Colaq; & insuos terrenis vermibus hamos.

Sic beneficio & ope elegantissimi iurifconsulti Rufardi versus hos restitui: ac profectò in ea epistola Carroco, quod legitur, nec intelligitur, fortasse Carro legendum est, vt pisces carro referri intelligamus. Sed hic non præter solitum, vt ait Flaccus, leues voces quasdam ad explendum hoc caput ex antiqua veteris libri nomèclarura subtexemus: Decoctor ibi exponit, *δεκοκτο* & *δεκακτος*: decemviri & decuriones, *δενάκτωροι*: decrepitus, *καθ' ἡλικίαν, ἡγθὸς γῆρας*. ex quibus intelligitur illud Catullianum epigr. 50.

60

Suffitio seni recocto, id est, valde seni: defixiones, Senex recoctus.

& Qui-

Delphica.

& Ouidium defigere ad talia accommodatur: delphica ministerium. erat enim ea mensa, vnde ministrabatur: Dupondius, *δυσδύμιον*: assecla, *ασκλαίτης*: directarius, *δυσδύμιον*; *ασκλαίτης*. est igitur fur, qui fores aperit, quem & quidam apertularium vocant, & effractorium. Desultor, *μυταλάτης*, *συστήτης*: Dicis causa, *δύμιον* *χέρην* *λόγην*: digitabulum, *δυσδύμιον*: discursor, *λογόδιπνος*: discussio, *λογόδιπνος*: diespiter, *χέρην*: dium, *ασκλαίτης*: diuouis, *σύνδυσδύμιον*: cœnacularius, *συνδυσδύμιον*: duplicarius, *δυσδύμιον*: dulcia, *ασκλαίτης*: improlis, *ασκλαίτης*, *δυσδύμιον*: birrus, crassum vestimentum. credideram quodam adductus Iliori loco esse berum, vt & quidam alij: nunc in alia sum sententia. Sed nimirū longum nimis catalogū verborū teximus. hic igitur desinamus.

CAPVT XXVII.

Rota solis, clausum cœlum, porta cœli, vitale, putres oculi, amygdalis.

Solis rota

GRÆCI solent interdum ipsum solis orbem appellare *δίσκου*: haud secus Latini, vt reor, dicere solent solis rotam: rota em̄ eius est orbis atque rotunditas. sed ob signatis tabulis agendum est. & literarum auctoritate id confirmandum: Sidonius,

inde patrefecit radijs rota candida cœlum.

id est, sol exortus cœlum noctu clausum aperit luce sua. noctu enim cœlum claudi censebant: hinc illud Maronis i. Æneid.

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Ac vt illud componet obiter explanem, à cadaueribus ductum esse reor, quorum ossa & reliquie in vna componebatur: Horat. lib. i. sat. 9.

Omnes composuit felices, nunc ego resto,

Confice.

nam de die emerito & exacto, vt mortuo, loqui plerunq; consueuerant: Plautus in Menæchmis, Sc. Ni mala.

Dies quidē iam ad vmbilicū dimidiatus est mortuus.

Icerum,

Clam vxorem vbi sepulchrum habeamus, atq; hunc comburamus diem.

Rotam solis, vt vnde degressus sum redeam, etiam pro solis rotundo globo posuit Lucretius libro 5.

Hic neq; tum Solis rota cerni lumine claro

Altius poterat, nec magis sidera mundi.

Clausum cœlum.

Sed quod in digressiuncula posui, cœlum noctu claudi, interdū aperiri, impellit me vt idcirco censeam à poetis in cœlo portas fingi: & Seruius Enniano sermone Virgilium libro 10. Æneid. scripsisse refert,

Considunt testis bipatentibus:

ducta ab hostiis translatione, quæ ab vtraque parte aperiuntur, vt cœlum ab ortu & occasu patet: (nam & Iliodorus duas cœli ianuas dicit, ortum & occasum:) portam tamen Virgilium posuisse pro hemisphærio, id est, semiglobo cœli, arbitror 3. Georg. illo versu,

—quem super ingens

Porta cœli.

Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamât Acquora. Sed & bipatēs cœlum propter duo hemisphæria dici potest, superius & inferius: quanquam Maro planè, vt existimo, testis bipatentia ab ædium similitudine, quæ fores habent, quæ hinc & inde aperiuntur, vt & bipatens pugillar ab Aufonio dicitur, scripsit, cum superos in domum conuenisse dixerit. Mediocritatem frugalitatis laudasse videtur in seruo Horatius, cum libro 2. satyra 7. scripsit,

Mancipium domino, & frugi quod sit satis, hoc est, vt vitale putes:

Vitalis.

proinde quasi frugalitas nimia & attentio acrior ad rem diligentiaque noceat: & quamuis qui nequam & dissoluti sunt, perditio profligatiq; sint, neque vita digni, quos ne salus quidem ipsa seruare posse videatur, cum contra viuere videatur & vitales esse qui sunt frugi & attenti: tamen nimia auiditate & auaritia & nimia parsimonia exitium sepe peragendum acceritur. Seneca eodem sensu libro 7. epistola 39. scribit, *Magni animi magna contentio, nec ac mediocritate malle quam nimia.* Illa enim vultu vitali que sunt, at hæc eo quo superfluunt, nocent: quæ verba multum lucis afferunt Horatio nisi fallor. Simile est illud Lactantij libro sexto, *Vnam est enim sapientis & iusti & vitalis viri opus, diuitias suas in solatium collocare.* Sed alterum attingamus Horatij locum lib. i. ode 36. cuius perspicuus & dilucidus non admodum sensus est,

Omnes in Damalim putres

Putres oculi.

Deponunt oculos.

non enim placet quod interpretibus credi video, significari oculos vino marcentes & languidos: cum dicat, oculos putres in Damalim; in Damalis amorem solutos. nam ethi omnes in eius amorem soluti erunt, nemo tamen alius quam Numida ea poterit, quia qui Damalim deperibunt obdormiscunt. id enim, cum deponere oculos dicit, intelligit: Plautus in Aulularia, Sc. Nimum lubenter,

vt me deponat vino, eam affectat viam.

& in Curculione, Sc. Date viam.

— ille ebibit, caput deponit.

Translatio autem est ab oneribus, quæ deponi dicuntur: vt nobis dormitantibus caput & oculi oneri sunt. Itaque neq; caput neque oculos sustinere tum possumus. vt antè dixit Horatius, oculos in Damalim putres: sic Persius, satyra 5. *Ille in Venerem est putris:* id est, solutus & profusus, dixit. Putre in terra sæpe dicebatur: Virgil. 1. Georg.

— & Zephyro putris se gleba resoluit.

id est, se laxat & soluit, & soluta & laxa est. libro 2. Georgic.

Et cui putre solutum: namque hoc imitatur arando, quo significatur optimum solum esse solutum. nam cum aramus hoc agimus, vt terram solutam reddamus. Cæterum in eo carmine Damalim multi meri dixit, vt multi cibi aliquos fuisse legimus, quo edaces intelligimus: vt eam bibacè & merobibâ fuisse exitimemus.

618

tius illis suum commentum, quàm auctorum scriptum placet? nam vt ludicrę coronę dicitur commodè, tamen *ludię*, quod in libris scriptum patet, non debuerunt improbare. vt em̄ ista duo vocabula idem valeant, tamen à Plinio positum, quàm ab em̄datore inculcatum magis probem. Legem autem xij. tabularum de coronis, in veteri instrumento diuersè scriptam reperio, vnde & corrupp̄di occasio nata. nam in quibusdam libris scribitur, *virtutis ve* 10 *arguitur ei*: in quibusdam, *virtutis ve ergo diuiditur ei*: ego scribendum arbitror, *virtutis ve ergo, diuiditor ei*: vt sentiat lex ei tribuendam coronam in funere, qui eam pepererit vel ludicro circensii vel militari virtute. Fortasse enim *inditor ei* nõ incommodè exararetur. Locum illum Plinianum quodammodo purgavi, atque illustraui: vt enim deprauata sensum obscurant, sic ferè restituta eum illustrant.

CAPVT XXX.

Decies centena, decies, bis decies bibis, binio.

VT sexcenta plerunque ab auctoribus Latinis pro multis poni solent: vt, sexcenta eiusdem generis proferre possum exempla: ita decies centena pro immani & pregrandi summa, idq; iam inde ab vltima propè antiquitate vrbs. Credo quòd tum ea pecunia videbatur ingens, cum minor erat nummi copia. proinde Iuuenalem dixisse reor *saryra* 10.

—ritu *decies centena dabuntur* Antiquo, pro immanſa dote. Certè postea quàm creuit pecunia, & abundauit Romę, nihilominus permanſit illa antiqua loquēdi ratio, vt decies centena infinitam pecuniam significarent: Horatius lib. 1. *saryra* 3.

—*decies centena dedisses,*

Huic parco paucis contento, quinque diebus Nil erat in loculis.

Iuuenalis *saryra* 6.

Optima sed quare Cefonia testis marito?

Bis quingenta dedit:

id est, decies centena millia. Martialis libro 1. epigram. 71.

Si dederint superi decies mihi millia centum.

nam decies centena, decies centum millia significant, & valent. Iterum Martialis libro 2. epigram. 65.

illa illa diues mortua est Secundilla,

Centena decies quę tibi dedit dotis.

Decies. Id & decies breuissimè dicebatur: Plutarchus in Antonio; *φίλων τινὶ μισθὰ πέντε ἑκατὸν πενήντη ἑξήκοντα καὶ δύο καὶ εὐδία, τὸ το πρῶτον δὲ πέντε ἑκατὸν.* Seneca libro de consolatione ad Albinam, *beatiores ne istos putas, quorum pantomimę decies sestertio nubunt?* Videtur autem ea maxima dos Romę fuisse, legum iustis modum imponentibus pecunię dotali, vt fortasse à maxima dote orta sit summę maximę æstimationis, & locutio inde celebrata. his 60 adiiciam explicationē epigrammatis Martialis in pecunię summa positi, lib. 1. epigr. 12.

Cum data sint equiti bis quinque numismata, quare

Bis decies solus Sextilianus bibis?

Bis decies bibis.

Mihi quidē videtur hoc de sportula accipiendum, cui decem nummi erogabantur, vel centum quadrantes. cum igitur sportulam decem nummum vnā Sextilianus accepisset, duas bibebat tamen potor profligatissimus, cum tantum vini exhauriret, quantum duarum sportularum pretiū æquabat. Id eo admonendum duxi, quòd cum è moribus & institutis Romanorum scriptum sit à poeta, ab interpretibus nimis oscitanter aliudq; agentibus omisſum iniuria lectoris & sensus dispendio videbatur esse. Ad pecuniam & illud Hegesippi pertinet libro 5. excidij Hierosolymitani scriptum, *egesserant aliqui biniones aureos, quos absorbuerant cum ad-* 10 *ornarent fugam.* hęc biniones intelligo, aureos maioris formę, duplicisq; æstimationis, vt formas binarias in Alexandro dicit Lampridius. In lexico quoque S. Germani inuenio biniones *ἀνὴρ μισθὰ ἑξήκοντα* explicari.

Binio.

CAPVT XXXI.

Megabyzus, Plinius emendatur.

MEgabyzos sacerdotes Dianę vocatos 10 *Megabyzus.* fuisse ex Hesychij lexico cognoscimus: sed & Appianus scribit libro 5. bellorum ciuil. *ἡγεστὸς τὸ ἐπὶ τῶν ἐπὶ τῶν ἀφ᾽ ἑσθῆτος ἐπὶ τῶν ἀφ᾽ ἑσθῆτος ἐπὶ τῶν ἀφ᾽ ἑσθῆτος.* Hęc explicationi erunt Plinio ita libro 35. capite 11. scribenti, *Ephesi verò est Megabyzi sacerdotis Ephesie Dianę sepulchrum.* Iterum, pinxit & Megabyzi sacerdotis Ephesie Dianę pompam. nec enim in Plinio, vt proprium nomen accipiendum videtur, sed vt appellatio omnium sacerdotum Dianę communis. nam & nomen proprium eis aliud erat: Plaut. in Bacc. Sc. lbo in Pyreæū.

Nos apud Theotimum omne aurum deponimus,

Qui illic sacerdos est Dianę Ephesie.

sed & mox in comico, *Qui isthic Theotimus, Megabyzi filius?* verius & integrius puto quàm *megabuli*, vt alij corrigunt. Quis tamen mihi vitio vertet, si suspiciones meas sequutus quiddam in Plinio eodem in capite emendare coner?

minimè profectò fraudi esse debet iuuandi studium, quod amplexi obtrectatores contemnimus. scribit igitur, *Vbi fecit nobilem Paralum & Hermionidem, quam quidem Nausicam vocant.* legendum suspicor, nec iniuria, *Hermionidem, quam quidam Naxiam vocant, vel naxicam.* Paralus enim & 50 *Hermionis, nomina nauium sunt, non hominum.* Ibidem lego, *brontem, astrapen, ceraunon vocant, non ceraunobolon.* anrè enim totidem nomina Latina posuerat, quibus paria reddidit Græca: ea Latina sunt, tonitrua, fulgetra, fulgura. Emendandum quoque crediderim, *Postea superauit Apelles Cows:* pro quo irrepsit, *consuque:* & paulò post, *in pictura sic pronectus.* Nihilominus etiam emendandum crediderim, *sunt et picturę eius nobilissimę, hoplites in certamine.* pinxerat enim eos qui armati currebant, quod genus exercitationis in certaminibus Olympicis aliisque sacris edebatur. Quam autem Plinius Campaspen Alexandri pallacem appellat, 60 *Ælianus*

Decies centena.

Plinius emendatur.

Ælianus lib. 12. Var. hist. nominat Pancaſtam. Plus otij qui habeat, plusque curæ qui adhibeat, in illa numeratione picturarum multa, vt ſuſpicor, mendosa reperiet: mihi illa attigiſe ſaltuatim carptimque plus ſatis eſt, in veterum præſertim exemplarium inopia, quibus deſtituta audacia noſtra claudicat.

CAPVT XXXII.

Ille, Zephyrus, tridens, ima ſtagna, antè malorum, exaudiunt vocati, permixtus Achiuus, auerſus ſol, Iunonia hoſpitia.

Virgilij poeſis omnibus eſt illa quidem ingenij doctri næque luminibus & coloribus exornata, verùm ea magis apparent in primo operis veſtibulo, dum recentes & integri, ipſa nouitate, quæ blanda conciliatrix eſt, poematis ſuauiſſima nobis commendatur non præcepta ab aliorum librorum lectione & tanquam præflorata. In eo libro primo legendo oſcitanter & ſegniter quidem, tamen quædam annotaui, & huc adſcripſi. Veteres ſuorum incommodorum cauſam diis attribuebant, quos ſibi inſeſtos, & ſuo aliquo merito & noxa læſos opinabantur. ex ea opinione dixit Maro,

—quo numine læſo,

Quidue dolens regina deum?

Simile eſt illud Tibulli lib. 1. eleg. 2.

Num ſroror inceſtus ſedes adijſſe deorum?

Papinius libro 5. Siluarum,

—quæ veſtra ſorores

Orgia Pieriæ, quas inceſtaumus aras?

Et mox,

Nunquid inacceſſo poſui veſtigia luco?

Num vetito de fonte bibi?

Statim autem initio libri cùm ait Maro, *Mul-
tæ ille & terris, Ille elegantiffimè redundat, vt
libro 12. Æneid.*

Saucius ille graui venantum vulnere pectus,

Tum demum mouet arma leo.

Item 10. Æneid. —ceu ſtrius ardor,

Ille ſtitim morboſus; ſerens mortalibus ægris.

1. Æneid.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,

Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.

oratio hæc præſuſ imitata eſt ex oratione Iunonis ad Somnum, Iliad. 5. qui volet eam legat & mutuuum agnoſcet. Ibidem,

Vna Eurusq; Notusq; ruunt creberq; procellis

Africus.

Zephyrus. Africum hic Maro dixit pro Zephyro: Zephyrum enim Homerus Odyſſ. lib. 5. nominat: vt autem Strabo libro 1. notat, apud Homerum Zephyrus Fauonius nõ eſt, ſed is quæ dicit nunc Maro Africum. Sic & infra apud Maronem,

Eurum ad ſe, Zephyrumq; vocat,

de Africo eſt accipiendum, aut, quod incredibile dictu eſt, ventum nõ antè appellatum nominat. Ibidem,

—vbi tot Simois correpta ſub vndis

Scuta virum.

locus ſumptus eſt ex initio Iliados v. ne paginam occupem Græcis interponendis.

—Imis ſtagna reſuſa vadis,

Ima ſtagna.

valet, in imis profundisque vndis reſuſam aquam, & agitaram: quali in gurgiribus imis, deorumque domiciliis aqua reſuſa ſit & turbata, & ab imo mare totu euerſum. Dij enim Marini in imis pumicibus & ſpeluncis antriſque maris habitare putabantur: Manil. lib. 5.

—ipſumq; ſub antris

Nereæ & æquoreas conantur viſere Nymphas.

Ibidem Maro,

Non illi imperium pelagi ſeumq; tridentem:

Sed mihi ſorte datum:

recordor annotaſſe me, tridentem Neptuni telum eſſe, quo non ſolum mare, verum etiam terram moueat. itaque mari turbato, Æolus tempeſtatis illius concitator videtur vſurpaſſe tridentem.

Hinc atq; hinc vaſtæ rupes geminiq; minantur:

deſcriptio portus ex Homero Odyſſ. 13. ſumpta, & ad verbum ferè traducta: quod autem grammatici dicunt Hiſpaniæ Carthaginis portum eſſe deſcriptum, fieri ſanè poteſt vt hæc deſcriptio ad eum accommodata fortuna quadam & caſu potius, quàm poetæ conſilio aut voluntate conuenerit, cùm poeta tamè ad Homeri exemplum properauerit. Nihilo ſecius & Homeri eſt,

Ductoresq; ipſos primum capita alta ferentes.

vt &

Diuidit, & dictis morrentia peçtorâ mulcet. &

O ſocij neq; enim ignari ſumus antè malorum.

Antè malorum.

vbi illud, antè malorum, compendio orationis dictum interpretor, velut deſiderato articulo aut ſubaudito: eſt articulorum ſupplementa Latinus ſermo recuſat. ſed profeçtò dictu eſt, vt ſi Græcè diceres, *ἢν ἀντιμαλῶν ἢν μὲν ἔπειτα τοῦ λαοῦ*. Id igitur valet, malorum quæ antè perpetrati ſumus. ſimile eſt illud Ouid. 1. Metam.

Frigida cum ſiccis, ſine pondere habentia pondus.

id eſt, *βαρὺν ἔχοντα τοῖς αἰῶσιν βαρὺν*. Ibidem Maro,

—nec iam exaudire vocatos:

Exaudiunt vocati.

id eſt, mortuos eſſe: ex antiquorum conſuetudine ſumptum arbitror, qua quos deſiderabant & amiſerant, antequam diſcederent, sæpius vocare ſoliti erant: Homerus Odyſſ. 9.

Ὀὐδ' ἀπα μοι πορτὴν νῆος λίην ἀμφικταραῖ,

ἢ γῆν τινα ἢ δεκτῶν ἄρα μὴ βίῃ ἕνασθον αἰῶσιν.

Sed & vocare pro ſepultura habebatur in mortuis: Aufonius in mortuis, epigrammate 13. de Deiphobo,

Nec tumulum ipſe habeo, niſi quem mihi voce vocantis,

Et pius Aeneas, & Maro compoſuit.

Ibidem,

Se quoq; principibus permixtum agnouit Achiuus, cùm Maro de Ænea ſcribit, fortè & ſtrenuum virum manuque promptum ſignificat, qui ita acriter & audacter pugnaret, vt nõ aduerſariis tantum ſe obiceret, ſed in eorum etiam ordinibus verſaretur. quod & Homericu eſt: nam de Diomede lib. 5. Iliad. ſcribitur,

Ἰνὸς ἄρ' ἔστω

Τὸ Αὐερσὸν ἄ' ἐν αὐτῷ γυρίῃ περιγίσει μιστῶν.

Auerfus sol. Non tam auerfus equos, quod ait, in hanc dictum arbitror sententiã, Nõ adeo obtusi & hebetes ignariq̃ & stupidi sumus. stupidiore enim sunt, qui longius ab aura solis & tepore incolunt, vt populi Septentrionales. At illud, — Quo se Iunonia vertant Hospitia: ex eo dictum est, quod Carthago Iunoni dicata esset, quæ & Iunonia quoque vocata est.

CAPVT XXXIII.

Mappa, sponsiones, incitatus, tentores, conditores, alapa mimorum, fungi, sponsia, popularia, equestria.

Mappa. MAPPAM quoque vstitatum circo nomen, Pœni sibi vendicant, scribit Quintil. lib. 1. c. 5. Quod de mappa ea intelligo, qua prætor lignum quadrigis mittebat, vt è carceribus exirent: Martialis lib. 12. epig. 29.

Cretatam prætor vellet cum mittere mappam. & Septimius Florens, Cognosce clementiam de vanitate: misti dicunt & nuntiant inuicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcatis: non vident missum quid sit, & mappam putant: sed est diaboli ab alto præcipitati figura. Mistus autem quadrigarum sorte mittebantur, & prætor qui ludis præerat, ex vrna educebat quadrigarum mistus: Idem Septimius, Tardus est illi prætor, semper oculi in vrna eius, cum sortibus voluntantur. Sponsiones autem à spectatoribus fieri solebant, cum vnus agitatore illum victorem pignore deposito fore diceret alius eius aduerlarium contenderet: Idem Septimius, Aspice populum ad spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum de sponsionibus concitarem. Martialis,

Sed cum sponsio fabulæq; lasse, De Scorpo fuerint & incitato.

Incitatus. Fuit autem Incitatus equus nobilissimus & velocissimus, circensibus curriculis & palmarum frequentia celebratissimus, Caligulæ vsque eò amatus, vt ad cœnam vocaret, & ei hordeum aureum obijceret, & vinum aureis pateris propinaret, sanctæque adiuraret per salutem & fortunam suam, se eum confulem facturum. Erant & in circo tentores, qui vel equos vel repagula tenebant, antequam ad cursum emitterentur: hi, vt in antiquo lexi-

50 xico legi, Græcis ἀφίτου appellabantur. Erant & conditores, qui tanquam bene meriti, auctores & patroni factionis habebantur, vt coniectura est ex hac inscriptione, C. POMPEIO FVSCENO CONDITORI FACTIONIS RVSSATÆ: quod quidem nos etiam aliter explicauimus. vetus liber, quod & verius est, eos interpretatur ἀδείπυς ἱππων. Sed quoniam de ludis agimus, pauca quædam etiam ex auctoribus hinc inde libemus. Popularia in teatro dicebantur loca populi vel plebis ad equestrium discrimen, id est, quatuordecim ordinum: Septimius Flo-

rens, Vias enim vocant cardines balteorum per ambitum, & discrimẽ popularium per procluum. sic equestria equitũ loca erant: Seneca l. 7. de benefic. cap. 12. equestria omnium equitum Romanorum sunt. His etiam vocabulis vtitur Tráquillus in Caligula. Erant in circo oua, delphines, & columnæ feiæ, melsiæ, titulinæ. proinde Iuuenalis scripsit sat. 6.

Consulit ante phalas Delphinorumq; columnas.

10 Libro quinto epig. 62.

O quam dignus eras alapis Mariane Latini,

Te successurum credo ego panniculo:

scribit Martialis. nam mimi in theatralibus spectaculis cum dabantur, alios mimos ad risum excitandum alapis cædere solebant: quod & Septimus Florés significat, cum scribit, Infuper contumelias alaparum sic obijcit, quasi de præcepto domini ludat. In quo scriptore reperio, fungum à similitudine in auribus pugilum tu ber prominens appellari ex ictibus cestuum. eius verba suscribam, Tales enim cicatrices cestuum ad callos pugnorum & aurium fungos à deo cum suo plasinate accepit. Spongijs ad siccandum vulnorum sanguinem & reprimendum vtebantur: cunq̃ue sæpenumero vsuueniret, vt retiarij, qui cum myrillonibus depugnabant, vulne rarentur, & spongijs egerent, idcirco Septimius de Spectac. Spongijs retiariorum dixit. neque enim satis aduersus parem suum muniti erant, cum toti in reti iaciendo intenti essent. verba Tertulliani sunt, poterit de misericordia moueri defixus in morsus vsorum, & spongijs retiariorum. Rude gladiatores, & pileo donabantur, cum & libertate donabantur, & ferro dimicandi necessitate liberabantur, sed tantum batuere rudibus cogebantur. Septimius ibid. & qui insigniori homicide leonem poscit, idem gladiatori atroci petat rudem, & pileum conferat. Sed qui stultitiã in his rebus veterũ nosse cupit, is Tertulliani librum de spectaculis legat, & bene de moribus nostris sperabit, cum videbit à tali dementia tanto nos interuallo hodie distare, mirabiturque mundum prope modum, qui olim insaniebat, Stoicum quendam sapientem factum esse.

Equestria

Alape mimorum.

Fungi.

Spongiæ.

CAPVT XXXIII.

Chalcedicum, nona, decima, parta, mora, lallus, lallare, maxima mamma, tata.

Chalcedicum scribit Festus genus edificij esse ab vrbe Chalcede dictum: huius meminit Vitruuius l. 5. c. 1. his verbis. sin autem locus amplior in longitudine, chalcedica in extremis constituantur. nec prætermisit Dio: καὶ ἡ ταῦτα διενεχθῆναι, τὸ τὴν ἀθήναιον ἢ τὴν χαλκεδικὴν ἀνομομακίαν, ἢ τὸ βασιλευσθῆναι τὸ ἰδλίον τὸ ἐπὶ τῆν τὸ πατρὸς τιμῆν γινώσκον καθίστασθαι. Nec præterijt Cassiodorus in Consulum fastis. Vi deoretiam obseruasse Chalcedicum pro cœnaculo poni. quod enim Homerus scripsit,

Γρηὸς δ' εἰς ἑσπερῶν ἀνεβήσαντο καρχαδέωσα, conuertit Ausonius periocha 23. Odyss.

Chalcedicum.

Chalcidicum gressu nutrix superabat anili.

Sed quoniã vel erroneas vel emefores fumus, nulloq; loco sedem figimus, similesque profugis Scythis palamur, per alios auctores nostro more vagati aliquid prœdæ abigemus & huc cõferemus. Duæ Parcæ à Latinis, inquit

Nona. Decima. 1.3. cap. 19. Gellius, vna à partu noni mensis nona: altera, ab enixu decimi mensis decima dicebatur: accedebat tertia, quæ Parca dicebatur, inquit, quasi parta, mutato in c. Septimus tamen Florès Partulam deam agnolcit, quæ puerperijs præerat, quæ quidem non alia est quàm illa siue Gellij siue Varronis Parca. sed restatò agendum est, & verba Tertulliani audienda, Hæc æstimando etiam superstittio Romanam Deam finxit Alemonam alendi in vtero fetus, & nonam & decimam à sollicitioribus mensibus, & Partulam quæ partum gubernet, & Lucinam quæ producat in lucem: nos officia diuina, angelos credidimus, id est, nos credidimus angelos Dei ministros esse. ita enim officium, vt & in iure ciuili officium iudicis & officiales, accipitur. Est & Latinis mora vel mœra parca, vt apud Liuiũ Andronicum,

Parta. 10

Quando aduenit dies quem profata mora est. Nato puero tota, inquit idem Tertull. hebdomade proponebatur lunoni mensa: vltima die fata scribẽda aduocabantur: hinc nato Salonino scribit eclog. 4. Maro ex illa consuetudine, Talia secla suis dixerunt currite fufis, Concordes stabili fatorum numine Parcæ. Ibidẽ Maro cum scribit, — cui non risere parẽtes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili: ex antiquorum consuetudine sensit: cum Varro, vt Donatus refert, scripserit veteres olim solitos esse pueros initiare Eduliæ Poticæ & Cubæ, id est, diuis edendi, potandi & cubandi: quod quidem fiebat cum à lacte & cunis transierant. ex his Varronis verbis Maronem Probus interpretabatur, vt nec deus, qui alimento præest, eum pasceret, cui parentes non adrisissent, nec dea cubili foueret. proinde qui nec cibo nec lecto dignus censeretur, vitalis minimè esset. Seruius tamen non ineleganter de Vulcano intelligit, quem nec epulis dignatus est Iupiter, nec connubio Minerva: Vulcano autem non adriserat mater Iuno nato, deformitatem eius auerlata. Nos tamen fortasse, vt spero, commodius ex opinione Quintiliani lib. 9. c. 3. locum hunc enucleamus. Lallus deus fuisse videtur, qui præf

Mora.

Lallus.

40
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili: ex antiquorum consuetudine sensit: cum Varro, vt Donatus refert, scripserit veteres olim solitos esse pueros initiare Eduliæ Poticæ & Cubæ, id est, diuis edendi, potandi & cubandi: quod quidem fiebat cum à lacte & cunis transierant. ex his Varronis verbis Maronem Probus interpretabatur, vt nec deus, qui alimento præest, eum pasceret, cui parentes non adrisissent, nec dea cubili foueret. proinde qui nec cibo nec lecto dignus censeretur, vitalis minimè esset. Seruius tamen non ineleganter de Vulcano intelligit, quem nec epulis dignatus est Iupiter, nec connubio Minerva: Vulcano autem non adriserat mater Iuno nato, deformitatem eius auerlata. Nos tamen fortasse, vt spero, commodius ex opinione Quintiliani lib. 9. c. 3. locum hunc enucleamus. Lallus deus fuisse videtur, qui præf

Nutricis inter lemmata, Lalliq; somniferos modos.

Lallare. Inde lallare Persij natum crediderim saty. 3. — & iratus mamme lallare recusas.

Mammam autem in Persio nutricem esse putem, vt & apud Martialem lib. 1. epig. 68.

Maxima mamma,

Mammas atq; tatas habet Afra, sed ipsa tatarum, Dicit & mammaram maxima mamma potest.

Maxima autẽ mamma dicitur, vt dicitur magnus focer, vxoris auus: maior focer, vxoris proauus: maximus focer, vxoris abauus. ergo maxima mamma est, vt ita dicã, abnutrix. de mamma sic scribit Ammonius, τὴν μὲν γὰρ ἔτι μὲ τὸ παιδὸς τροφὸς, τὰς δὲ οὖτοι μάτας ἢ μάρμας καλεῖται. Simile est illud in epigrammate Græco,

Maxima tata.

Βάπτει ἢ τὰς λουκὰς, ἢ λίχινὰς τὰτά.

CAPVT XXXV.

Syrma, Maro explicatur, dextra & sinistra in mundo, Vmbræ sinistrae, dextratio, alter orbis, reduuix, amplum sestertium.

QVÆDAM nõ ita trita nec peruulgata, vel verba, vel dicendi genera è Solino hinc inde sparsim excerpta memoriæ mandare decreui, vt bonæ iuuentutis laborẽ leuem, & erudicionem adiunem. Vestitur, inquit c. 56. Syrma: hic syrma vestis est fluxa & proluxa humumq; verrens, qualis erat tibicinum & fidicinum, vt apud Flaccum in Arte,

Syrma.

— traxitq; vagus per pulpita vestem.

eandem & Orpheo tribuit Maro 6. Æn.

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos. eam etiam vestem Tibullus significasse videtur, cum lib. 3. eleg. 4. cecinit,

Ima videbatur talis illudere palla.

30 Idem Solinus vocat dextra in mundo septentrionalia, læua meridionalia, cum c. 56. de Ta probanæ incolis, Solem, inquit, orientem dextra habent, occidentem sinistra. Et Lucanus li. 3.

Dextra & sinistra in mudo.

Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.

Vmbræ sinistrae.

id est, non ire versus meridiem. Solinus ca. 36. vmbra quæ nobis dextrae sunt, illis sinistrae. At apud Liuium libro 1. ab vrbe condita, augur dextras ad Meridiẽ partes, læuas ad Septentrionẽ dicit. Aristoteli l. 2. de celo c. 2. dextra sunt exortiuua, læua occidua: Plinio contra læua exortiuua, dextra occidua, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. sic enim scribit l. 2. c. 8.

40
Omnium autem errantium syderum meatum, interq; ea solis & luna contrarium mundo agere cursum, id est læuum, illo semper in dextram præcipiti. Iterũ eod. lib. cap. 54. læua prospera existimantur, quoniam lous parte mundi exortus est. Varroni li. 6. quoque sinistra ab oriente sunt in templis effandis, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Terræ duo sunt hemisphæria siue latera: vnum incolimus, nosterque orbis dicitur: alterum, inquit lib. 1. Mela, antichthones, qui sunt in orbe altero. Itaque aliquando orbis alter putata Taprobana est: sed postea compertum insulam esse, non continentem. Solinus cap. 56. diu, inquit, orbem alterum putarunt, & quidem eum quem habitare antichthones crederentur. Cum autẽ cap. 47. ait à Ratumene quadrigis Tarpeium Iouem terna dextratione lustratum fuisse, dextrationẽ pro cursu & gyro equorum in dextram intelligit, quod in gratulatione & letitia fiebat, vt in luctu cursus in læuum agebatur, vt Papinius li. 6. Theb. scribit,

Alter orbis.

Dextratio.

— bis lã

—hic luctus abolere, nouiq;
Funeris auspiciu vates, quanquam omnia sentit
Vera, iubet dextro gyro.

antè enim dixerat,

—lustrantq; ex more sinistro Orbe rogum.

Reduuiæ. Reduuias pro reliquijs vsurpat Solinus ca. 35.
ea, inquit, dum reduuias escharum affectat. sic & regu-
mata reliquiasque concharum vocauit ca. 15.
Reduuiæ, inquit, conchyliorum, & alia multa que
assatim mari incito expuuntur. de reduuijs autem
antè nescio quid diximus, quas ratio reluias
dici postulat, vsus etiam reduuias. ¹⁰ **Amplū**
festertiu.

festertum, pro magna nummorū summa po-
suit, haud vulgari celebrique dicendi formu-
la, credo vel quia festertium neutrius generis
nummus est omnium apud Romanos maxi-
mus, vel potius quòd summas ad festertiorū
rationem reuocare solebant: vnde & centum
millia festertiū & decies festertiū, dicebant: vt
proinde amplū festertium, pro immensa sum-
ma, à posteriore hac caula manasse suspicio
fit: Solinus c. 30. deniq; basilisci reliquias amplo fester-
tio Pergameni compararū. Hęc nos hinc inde è So-
lino libauimus, floriteris vt apes è saltibus.

LIBRI DECIMINONI FINIS.



ADRIANI TVRNEBI AD-
VERSARIORVM LIBER
DECIMVS NONVS.

CAPVT I.

Ignē probari, vtentior, obsus, & quedam
apud Ciceronem emendata.

Ignēpro-
bari.



VRVM igne optimè pro-
bari equis est omnium qui
ignorat? ita enim maximè
probum improbumque ex-
plorari in ore est omni po-
pulo. nec coticulæ tanta in
hac re fides est, quanta ignis:
etsi eius ope tradunt scrupulari differentia &
discrimine aurū omnis generis spectari. hinc
illa præclara & elegans Ciceronis manauit e-
locutio l. 2. Officiorum, Quod in quo viro perspe-
ctum sit, hunc igni spectatum arbitrentur. quā tamen
vri monetam adulterarunt, quòd vt suspicor
concinnitatem translationis nō perciperent,
& dignum spectatu scripserunt, vt ne quid aliud
dicam, certè sensu improbando, neque vlla
ex parte cum eo quem antea, vt surreptitium
ablegarant & emendarant, & nunc assertum
& reuocatum in possessionē mittimus, confe-
rendo. Sed nos hic assertores quispiam puta-
bit, qui satis præstare non possimus? Ego ve-
rò eam assertionem non hominum, sed libro-
rum esse affirmo antiqua virtute & fide: quod
qui non credit, me nimis ingeniosum putat
qui sine auxilio id excogitare potuerim. Et
quando de auro agitur, in prisco dictionario

20 *βυρα*, vt videatur nomen esse deprauatum è
Græco *βύρανος*. In eodem lib. auratores sunt
χρυσούται: auri leguli *χρυσουδιπταί*: auraria & auri-
fodina *χρυσουρυχίαι*. Ego quoque illud eiusdem
libri illis antiquis codicibus prædibus & præ-
dijs ad cauendum iuuentuti obigatis sic le-
go, sed fac iuuare, vtentior sanè fit. hodie per ex-
emplaria profeminatum est potentior: credo
hominibus semidoctis (quo enim alio no-
mine eos appellem?) illud vtentior parum
placuisse, quo tamen cur sint offensi, certè
non video. illud constat potius hic Cicero-
nem de vsu diuitiarum, quàm de potentia
verba facere debuisse. addam & ex eodem
libro huc tanquam ea quæ tabulis pictores
parerga adpingunt: Nec, inquit Cicero, illi
multa secula expectanda fuerunt. Scribo, ne illi. se-
quitur enim mox, modò enim hoc malum in hanc
Rempub. inuasit. quod liquidò ostendit multa
ei sæcula fuisse expectanda. *Habitant*, inquit,
gratis in alieno: ego, idque librorum antiquo-
rum fiducia & sensus, habitent lego, vt sit sen-
sus figuratus, habitarene debent gratis in
ædibus alienis? At vero, inquit, *hic nunc vi-*
ctor, tum quidem victus. hodie noster victor edi-
tionès expriment: particula tamen *tum* no-
stræ emendationi suffragatur, editioni refragatur.
accedit incorruptæ & sanctæ antiqui-
tatis non dubia fides, qua fretus hanc cun-
ctanter & indubitanter damnabo publica-
torum librorum consensionem & conspira-
tionem in veritatem coniuratam.

Vtentior.

40

Obsus. reperci, Obsus τὸ ἀνεμάζου τὸν χρυσὸν ὅταν παραπί-